17888 in fragmento litt. m. 0,05; rep. Timgàd.

IMP · CAES
SEV

Descripsit Dessau.

17889 litt. m. 0,055; rep. Timgàd.

*imp*eRATOR

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 239 n. 51 *e*.

17890 (= Eph. V n. 695; VII n. 750) in basi infra fracta alta m. 0,15, lata 0,51; rep. Timgàd in foro.

SEX · ANICIO
FAVSTO · N
CI · CONSV
LARIS FILI
. . . .

Descripsit Dessau. Poulle *rec. de Const.* XXII p. 358 n. 101.

2 seq. cf. n. 6 et 10692 (n. 201): *Q. Anicio Fausto leg. Augustorum consulari leg. III Aug. p. v.*

17890 *a* (= Eph. VII n. 393) in fragmento alto m. 0,63, lit. 0,095; rep. Timgàd in foro.

*pro sal*VTE ET INCO*lumitate* . . . .
*c. iul*IVS · LEPIDVS TER*tullus leg. aug. pro praetore* . . . .
PER *leg. iii aug.*

Recognovit Dessau. Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 218 n. 15.

C. Iulius Lepidus Tertullus iam prodiit n. 4192. 8390. 17726, quarum ex ultima didicimus eum Numidiae praefuisse circa a. 194.

17891 (= Eph. V n. 696) in tabula alta m. 0,94, lata 1,48, loco antiquo reperta Timgàd in portico orientali contra fori portam primariam.

A · LARCIO · A · FILIO · QVIRINA PRISCO · VI · VIR · EQVITVM
ROMANOR · X · VIR · STLITIB IVDICAND · QVAESTOR
sic PROVINCIAE ASIAE · LEG AVG LEG · LEG · IIII SCYTHICAE
sic PED LEG · CONSVLARE PROVINCIAE SYRIAE · TRIB PLEB
PRAETORI · PRAEF · FRVMENTI · DANDI EX · S · C LEG PRO
VINCIAE · BAETICAE HISPANIAE PROCOS PROVIN
CIAE · GALLIAE NARBON · LEG · AVG · LEG II AVG · LEG ·
AVG PR PR EXERCITVS PROVINCIAE AFRIC VII VIR
EPVLONVM COS DESIG · PATRONO COL D · D · P · P

Contulimus Dessau et Cagnat lapidem, ectypum partis sinistrae ego. Edid. Poulle *rec. de Const.* XXII p. 356 n. 99 cf. XXIII p. 245; ad ectypum Héron de Villefosse *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 159; de vino Pallu de Lessert *les fastes de la Numidie* 1888 p. 60.

3 requiritur LEG · AVG · LEG IIII cet. — 4 in. pro PED requiritur PRO. — 9 COS praeter Cagnatum ceteri. — De eo, ad quem spectat dedicatio, haec adnotavit Mommsen: 'Eundem Larcium Priscum nominat lapis miliarius n. 10321 recte a me emendatus (cf. Eph. V n. 1132). Ad melius saeculum et audiarii lapidis litteratura ducit et quod in hoc titulo legatus Numidiae appellatur *leg. Aug. pro praetore exercitus provinciae Africae*, id quod p. XVI demonstratum est pertingere ad aetatem Hadriani. Poullius quod hunc habet pro filio A. Larcii Lepidi, qui bello Iudaico Titi interfuit, ipse intellexit eo parum commendari, quod patris monumentum X, 6659 filia sola Larcia A. f. Priscilla posuit. Sed eiusdem domus omnes hi sine dubio fuerunt. Priscus cum quaestorius legioni cuidam Syriacae praeesset, deficiente forte provinciae legato consulari pro legato consulari ipsam provinciam administravit.' Cf. etiam Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 12 seqq.

17892 (= Eph. VII n. 359. 755) in fragmento litt. v. 1 m. 0,12, v. 2 0,095, v. 3 seq. 0,075; rep. Timgàd in foro.

L MVN*atius* . . .
GAL*lus leg.*
AVG *pro pr.*
EDV

Descripsit Dessau. Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 239 n. 51 *b*.

Supra nihil videri deficere, 4 lectionem certam esse monet Dessau; potest igitur fuisse ex. gr. [r]*edu*[*x*] vel etiam [*d*]*ed*(*icavit*) *v* . . . , vel, ut suggerit Mommsen, [*d*]*edu*[*cta colonia*] cf. n. 2355.

17893 rep. Timgàd in foro.

sic suppleverim:

ASI	. . . . *c. pr*ASI*no paenati*
VS LE	*m . . . . . . t*VS LE*g. aug. pro*
III A	*praetore leg.* III *Aug. cos. de*
S COL D	*sig. patrono*S COL *Dedicav.*
P	*d. d. p.* P

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 239 n. 51 *m*.

Cf. n. 17723. Si recte suppleri, titulus pertinet fortasse ad statuam Antonini Pii dedicatam fere a. 145 exeunte.

17894 (= Eph. VII n. 770) in fragmento basis alto m. 0,26, lato 0,12, lit. 0,035; rep. Timgàd septentrionem versus a theatro.

. . CVMVLAN . . .
L NOVIVS CRISPINVS
LEG AVG PRO PR PATRO
NVS COL DEDICAVIT

Descripsit Dessau. Descriptum a Duthoit nobis dedit Poulle et edid. *rec. de Const.* XXIV p. 154.

1 CVMVIAN. Duthoit; post A potius N fuisse quam IC, in fine potissimum C adnotat Dessau. Videtur igitur esse *consulari c* . . . — 2 seq. de L. Novio Crispino cf. ad Lambaesitanum quem infra edemus = Eph. VII n. 381.

17895 in fragmento alto m. 0,25, lato 0,45, litt. 0,11—0,105; rep. Timgbad.

ERALS
PRAF
. RVO .

Acceptam a Duthoit nobis dedit Poulle et edidit *rec. de Const.* XXIV p. 158.

1 seq. fortasse ....*eral[i]s* (i. e. ERALS) [*leg. Aug. pr. pr.*] *pr(aesidis) Af(ricae)*. — 3 in. aut D aut P aut R fuit

17896 (= Eph. V n. 697 cf. p. 630 seq.) in pila alta m. 1,17, lata 0,53, litteris neglegenter incisis 0,015; rep. Timgbad in foro extrinsecus ad curiae parietem, septentrionem versus.

LAMV/,///TATE VLPI MARISCIA
NI · V C · CONSVLARIS SEXFASCALIS
PROMOTI PRIMO A DOMINO NOSTRO
INVICTO PRINCIPE IVLIANO ORDO SA a. 361—363
LVTATIONIS FACTVS ET ITA AT PERPETVI
ATIS MEMORIAM AERE INCISVS PRIMO
SENATORES ET COMITES ET EX COMITIBVS
ET ADMIN///RATORES SECVNDO PRIN
CEPS CORNIC//AR////, LATINI TER/IO CO
RONATI///,//NC//////O PROMOTI OF
FICIALES ///////////////TVS CVM ORDI
N//NE///, '/FICIALES EX ORDINE ITEM
QVAS/T/////MODA CONSEQVI DEBEAT PRIN
CEPS AD OFF///,EM INTRA CIVITATEM DAN sic
DVM ITALIC// TRITICI MODIOS QVINQVE
AVT PRETIVM FRVMENTI INTRA P/I
MVM MODIOS SEPTEM AVT PRETIVM MO
DIORVM SEPTEM ETIAM PER DENA MI
LIA BINI MODI VEL EORVM PRAETIA
SVBCRESCANT ST MITTENDVS SIT TRA sic
NS MARE CENTVM MODI · VEL MODIO
RVM CENTVM PRAETIVM SVFFICIET
CORNICVLARIVS ET CONNENTARIEN
SIS MEDIETATEM HVIVS SVMMAE COM
MODI NOMINE CONSEQVENTVR SCO
LASTICI IN POSTVLATIONE SIMPLICI
QVINCVE MODIOS TRITTICI VEL QVIN
sic QVE MODIORVM PRAETIA CONSEQVEN
TVR IN CONTRADICTIONE DECEM MODI
OS TRITICI VEL DECEM MODIORVM PRAE
TIVM CONSEQVANTVR IN VRGVENTI
sic QVI FINIENDA SIT QVINDECI MODIOS VEL
sic QVINDECI MODIORVM PRAETIA CONSE
QVANTVR EXCEPTORES IN POSTVLATIO
NE QVINQVE MODIOS TRITICI VEL QVIN
QVE MODIORVM PRAETIVM CONSEQVAN
TVR IN CONTRADICTIONE DVODECIM
sic DIOS TRITICI VEL DVODECI MODIORVM
sic PRAETIVM CONSEQVANTVR N DEFINITA CAV
SA VIGINTI MODIOS TRITTICI VEL VIGINTI
MODIORVM PRAETIA CONSEQVANTVR CAR
TA IN POSTVLATIONE SINGVLI TVMI SVFFICI
VNT MAIORES IN CONTRADICTIONIBVS
QVATERNOS MAIORES IN DEFINITO NEGO
TIO NVMQVAM AMPLIVS QVAM SEX A LITI
GATORE EXIGI OPORTEBIT LIBELLENSIS IN LI
BELLO VNO DVOS MODIOS TRITICI VEL DVORVM
MODIORVM PRETIVM DEBEBIT ACCIPERE OF
FICIALIS MISSVS INTRA CIVITATE DVOS MO
DIOS TRITTICI VEL DVORVM MODIORVM
PRETIVM CONSEQVATVR

Exscripsit ex ectypis tribus sibi subministratis a Poullio Mommsen et edid. Ephem. V p. 630 seq.; ad lapidem postea recognovit Dessau. Antea descripsit A. Poulle *rec. de Const.* XXII p. 401 seq. n. 162 (inde Eph. V n. 697); ego disputavi de v. 16 fin., v. 25 seqq., v. 42 in mus. Rhenani vol. XLVII.

2 fin. SEXFASCALIS Mommsen. — 6 in. 'spatium litterae unius vacat, scilicet pictae, non incisae' idem. — 8 ADMIN/,TRATORES Poulle. — 9 CORNIC//AR/////LATINI TER/IOC Mommsen addens: 'utrum LATINI an LATONI in lapide esset dubitabamus, sed antepaenultimo loco magis extans est casu factum quam O littera, legitque Poullius quoque in ipso lapide ATINI'. Dessau excepit CORNIC//LAR,,,ATINIT,/,/CO. — 10 'inter RONATI et O litterae interciderunt fere quattuordecim quarumque septima octavaque mihi visae sunt NC, Renéo Cagnatoque, quibus ectypa diversa praesto fuerunt eaque fortasse meliora, NC; supplet Renier CORONATI PRINCIPI... PROMOTO' Mommsen; etiam Dessau legit IC. — 11 OTVS Mommsen. — 13 'post QV videor mihi videre reliquias litterae A, deinde post A aut A hiatum litterae unius, mox T (hasta certa); nec quidquam repperi quod recte quadraret praeter QVANTA (non QVANTA) COMMODA' Mommsen. Dessau haec adnotavit: QV///VS///MOD/////QVI cet. — 14 'M falso errore pro M' Mommsen. — 16 fin. offenderam in lectione DECI|MVM; enimvero expectabam, ut aut omissis verbis v. 16—18 *intra — septem* simpliciter diceretur: *amplius per dena milia* cet. aut istis verbis retentis pergeretur fere: *etiam amplius* (vel *ultra*) *per dena milia* cet. Itaque dubitabam, an 16 fin. potius *primum* in lapide esset. Quam suspicionem confirmavit Dessau, qui hunc locum ita excepit: INTRA P/I adnotans elementum antepaenultimum D esset an P incertum esse, inter hoc autem et ultimum (= I) non plus unum intercidisse. Ergo PRI mihi certum videtur. — 20 ST ('sic') Dessau; reliqui SI. — 23 COMMENTARIEN, 27 et 50 TRITICI, 32 et 33 QVINDECIM MOD... reliqui praeter Mommsenum. — 37. 38 DVODECIM DIOS lapis. — 39 pro IN lapis non N, sed N errore. — 42 SINGVLI TVMI Mommsen, SINGVLI TVMI Dessau. Unde Mommsen conicit in exemplari fuisse vel certe esse debuisse SIMPLICI T, quadratarium autem numerum litteris perscribentem locum perturbasse. Quae opinio variis nominibus mihi videtur reicienda esse. Primum enim si ita qui haec concepit scripsisset, posuisset, puto, *cartae* (plur.); deinde per se veri est absimile cum numerum litteris perscriberet in eiusmodi confusionem quadratarium incidisse; porro in toto hoc titulo versuum quinquaginta unius alibi nusquam vel scriptor vel lapicida similis neglegentiae se reum fecit, nam quod 37 fin. O vel 39 I littera omissa est (for-

tasse picta, non incisa?) vel 32 ut saepe in lingua volgari pronominis generibus confusis *qui* scriptum est pro *quae*, tamen cum istis, quas lapicidae tribuit Mommsenus, nemo comparabit; denique ut, ubi postulatio primum nominatur (v. 26), dictum est *in postulatione simplici*, contra deinde v. 34 nude *in postulatione*, sic etiam hic *simplici* additum ne placet quidem, tantum requiritur. Accedit quod qui hic cum Mommseno facit, ab eo etiam altera corruptela lapicidae crimini danda est satis gravis nec facilis explicatu; nam 44 pro QVATERNOS Mommsenus vult *quatern[ae]*; 'apparet', inquit, 'id falso in exemplari a quadratario item litteris expressum non sine errore'. Sed totam hanc rationem relinquendam esse etiam magis consilio, ut spero, persuadebo, si meam ipsius huius loci lectionem et explicationem proposuero. Lego enim nulla littera mutata *singuli tumi* (TVMI refert Dessau) et totum locum sanissimum esse contendo. Nam cum significanda sit certa quaedam chartae copia, optime huc quadrat vox *tomus*, cui tam antiqua aetate quam per medium aevum talem notionem infuisse constat. Faciunt huc glossae, quas a Loewio subministratas refert Birt *das antike Buchwesen* p. 239 seq. velut *scapus: certus numerus tomorum scriptorum* vel *tomorum chartae scriptae*. Ubi mihi non videtur cogitandum cum Birtio de fascibus librorum, de quibus ipse egit l. l. p. 33 sqq., sed tomus hic idem significat ac plagula, sicuti est apud Plinium h. n. XXIII § 77: *numquam plures scapo quam vicenae* (scil. plagulae). Quae opinio vel re ipsa commendatur; nam exceptores Romanos ex. gr. in causa in urgenti finienda sex volumina maiora actis perscribendis consumpsisse quis est qui credat? Iam vero eam vocem in volgari sermone pronuntiatam esse *tumus*, etiamsi documenta specialia non praesto essent, tamen sufficerent ad persuadendum exempla similia, quae collegit Schuchardt *der Vokalismus des Vulgärlateins* II p. 130 sqq. cf. etiam p. 91 sqq. (ex. gr. *cunvitatus*, *Antumeda*, *dunat*, *bunu*, *lantunuis* al. pro comitatus, Antomeda, donat, bono, Λαττοῦς cf. Seelmann *Aussprache des Latein* p. 211 seq.). At glossae illae, quas modo laudavi, nobis servaverunt etiam ipsas formas *tumorum* (Leidensis 67 F[2]) et *tumulus* (pro *tomulus* Casin. 218 ex.[2], Casin. 90, Vat. 1469[2], Vatic. 1468; cf. praeterea TVMιλλου, *tumulum* in Koppii lex. Tir. 386*b*), quae an mero errori originem debeant, nunc nemo amplius cum Loewio dubitabit. Qua in re utrum ei, qui haec concepit, tribuas eam formam volgarem an quadratario, qui etiam v. 32 admissa generum confusione plebeia scripsit *qui* pro *quae*, non multum interest. — Maiores autem chartae tomos et minores (cf. Martialis 11, 10, 11, ubi tamquam meliores et viliores iuxta ponuntur chartae maiores et epistolares) ad altitudinem chartae distinctos esse probabiliter statuit Mommsenus.

1. 2 Ex au[ctori]tate Ulpi Mariscia[n]i v(iri) c(larissimi) consularis sex-
3. 4 fascalis, | provecti primo a domino nostro | invicto principe
5. 6 Iuliano, ordo sa[lu]tationis factus et ita ut perpetui[t]atis memoriam aere incisus.

Primo
7 [senatores
et comites
et ex comitibus
8 | et admin[ist]ratores,
Secundo
9 principes,
cornic[u]lar[ius],
[Pa]latini.
Ter[t]io
10 co[r]onati [provi]nc[iae]
[Quart]o
11. 12 provecti officiales .... tus cum ordi | ....
[Quinto?]
[of]ficiales ex ordine.

13. 14 Item | qu[a]nt[a com]moda consequi debent principes.
15 Ad off[icia]lem intra civitatem dandum Italic[os] tritici modios
16 quinque aut | pretium frumenti;
17. 18 intra p[r]ima miliaria modios septem aut pretium modiorum septem.
19. 20 Etiam per dena milia bini modi vel eorum praetia | subcrescant.
21. 22 S[i] mitte[n]dus sit trans mare, centum modi vel modiorum centum praetium sufficiet.
23. 24 | Cornicularius et commentarien[s]is medietatem huius commodi consequentur.
26. 27 Scolastici in postulatione simplici | quinque modios trittici vel
28. 29 quinque modiorum praetia consequentur;
30 in contradictione decem modios tritici vel decem modiorum praetium consequantur;
32. 33 in urgenti | qu(ae) finienda sit, quindeci modios vel | quindeci
34 modiorum praetia consequantur.
35. 36 Exceptores in postulatione quinque modios tritici vel quinque
37 modiorum [p]raetium consequantur;
38 in contradictione duodeci m[o]dios tritici vel duodeci modiorum |
39 praetium consequantur;
40. 41 [i]n definita causa viginti modios trittici vel viginti | modiorum praetia consequantur.
42. 43 Carta in postulatione singuli tumi sufficiunt maiores;
44 in contradictionibus | quaternos maiores,
45. 46 in definito negotio numquam amplius quam sex a litigatore exigi oportebit.
47. 48 Libellensis in libello suo duos modios tritici vel duorum | modiorum pretium debebit accipere.
49. 50 Officialis missus intra civitate duos modios trittici vel duorum
51 modiorum | pretium consequatur.

Ad explanandum hoc monumentum cum ipse pauca attulissem, commentario pleno et, ut solet, egregio id illustravit Mommsenus l. l. Ex quo, cum totum hic repetere non possim, satis habeo referre excerpta potiora, quibus de meo addam perpauca, in quibus fere a Mommseno dissentiam.

Ulpius Marisciauus autem innotuit ex titulo n. 4771 dedicato ab eo Iuliano imperatori. Quem ut primus fuit, ita solum mansisse veri simile est, quem Iulianus Numidiae consularem fecisset. — 4—6 praescriptio non ad id quod habemus exemplum pertinet, sed ad archetypum, tabulam dico aeneam et ipsam publice propositam, fortasse Cirtae ad praesidis tribunal. Sunt autem hae iussiones edictis magistratuum adnumerandae vel certe ad ea proxime accedunt. Ceterum non suo arbitrio Marisciauus haec omnia constituisse existimandus est, sed pleraque sane ad ius commune ordinavit, cum praesertim ipse adiciat *ut perpetuitatis memoriam aere incidi*. Ut vero haec duo edicta sunt re diversa, ita ea etiam separatim promulgata esse consentaneum est et postea demum, fortasse ipsorum Thamugadensium causa, ex archetypis diversis in exemplum unum conscripta.

Illud quod receptum est apud Romanos non promiscue provinciales admittendos esse ad praesides complexu scilicet et osculo salutandos et ad introductionem in cubiculum eorum consessumque (cf. Tacitus ann. 15, 31; vita Severi c. 2), id postea quoque mansisse constitutiones plures testantur (C. Th. 6, 23, 1; 6, 26, 5; 6, 28, 8; 12, 1, 109; Cod. Iustin. 1, 45, 3 cf. Gothofredus ad C. Th. 6, 8, 1). Quae res quomodo quarto saeculo administrata sit, illustrat hic ordo salutationis Thamugadi repertus.

Salutatores admittuntur per gradus, quorum tres certo cognoscuntur, de quarto et quinto propter lapidis laesiones minus constat. (De imperatorum amicis in diversas admissiones digestis vide Mommsen Hermes IV p. 127 sqq. et titulum A. Ploti Sabini editum *bull. della comm. arch. com. di Roma* XVIII a. 1890 p. 109: *habenti quoque salutation(em) secundam imp. Antonini Aug. Pii*).

In primo gradu praeter senatores qui nominantur comites intellegendi sunt omnino secundi tertiique ordinis, cum primi ordinis comites senatoribus comprehendantur. Eo pertinent ex. gr. *comites minores* (C. Th. 7, 11, 1 a. 406) sive *inferiores* (C. Th. 7, 11, 2 a. 417) cum tribunis simul nominati; deinde *cubicularii* (C. Th. 6, 27, 8 a. 396), *proximi scriniorum* (C. Th. 6, 26, 17 a. 416), *comites dispositionum* (C. Th. 6, 26, 18 a. 426). — Sequuntur *ex comitibus* sive comites honorarii, velut comitiva tertii gradus honoraria impertiri solita est sacerdotalibus provinciarum et principalibus curiarum (C. Th. 12, 1, 75 a. 371; 12, 1, 127 a. 392; 14,

4. 9. 10; 12, 1, 150 a. 335; 12, 1, 41 a. 353; 12, 1, 103 a. 385). — *Administratores* a Mommseno intelleguntur, qui sub praeside Numidiae administrabant, i. e. municipales, maxime curatores rerum publicarum.

Secundo gradu sobolant praesidem cohortalinorum officialium primi duo et *palatini* i. e. officiales magistratuum maiorum, quorum potestas non continetur unius provinciae finibus.

Coronati [*provi*]*nc*[*iae*], qui tertia vice introducuntur, Mommseno et Rossio auctoribus sunt interpretandi sacerdotes provinciae (cf. C. III 1433; Orell. 3866 et Tertull. de idololatr. c. 18: *coronae aureae sacerdotum provincialium*).

Porro promoti *officiales*, si quidem recte haec duo vocabula coniunguntur, certum quoddam genus officialium significant. Deinde in hiatu fortasse conieceris excidisse mentionem magistratuum municipalium (praeter curatores), quos sequerentur decuriones; sed quomodo quae supersunt cum ea coniectura vere conciliemus non video.

Loco extremo nominantur [*off*]*iciales* (reliqui) *ex ordine*.

Edictum alterum agit de commodis sive sportulis officialium et qui, etiamsi officiales non sunt, tamen neque atque officialium scrinia ad certum numerum publice creati et disciplinae praesidis similiter subiecti recte illis adiunguntur, scholasticorum et exceptorum. Namque apparitoribus ut partes pro opera quaedam solverent, cum adhuc statuissent viri docti medio demum saeculo quinto iure constitutum esse, id didicimus corrigendum esse hoc ipso monumento invento.

Causa sportularum diversa est; scilicet tria capita officii, item officialis executor (48—51) remunerationem accipiunt pro eo quod mittunt mittunturve, contra scholasticus, exceptor, libellensis eo nomine, quod operam navant omnes illi, hi scribentes.

Prius sportularum genus duas res potissimum complectitur, petitionem seu insinuandam et appellationem ad iudicem maiorem imperatoremve transmittendam; hanc adeo aperte significant quae leguntur v. 20 de officiali mittendo trans mare. Ac tribus officii primatibus sportulae magis solvuntur propter locum quem tenent quam propter operam quam impendunt; et cornicularius quidem atque commentariensis consequuntur dimidium eius quod princeps. Augentur autem sportulae pariter atque itineris spatia crescunt, ut pro itinere extra civitatem faciendo intra miliarium primum itemque deinceps per dena milia bini modii principi, singuli corniculario et commentariensi adiciantur, pro itinere autem trans mare suscipiendo centum modios ille, hi dimidium accipiant. Executori quoque simile augmentum attributum esse aucto labore verisimile est; sed id caput neglegenter omissum est aut legebatur in lapide alio hodie deperdito.

Scholasticis sive advocatis, item pro charta quae solvenda sunt pendent a genere actionis. Distinguuntur enim tria: *postulatio simplex* (26) sive *postulatio* nuda (34 et 42) et *contradictio* (29. 37. 43); accedit in scholastico (causa) *in argumenti quae finienda est* (31), in exceptore et chartario nomine *causa definita* (39) sive *definitum negotium* (41).

Postulatio sive litis denuntiatio 'vel apud provinciarum rectores vel apud eos, quibus actorum conficiendorum ius est'. (C. Th. 2. 4. 2) quod apud acta fit, convenit cum iure ea aetate recepto. Cuius honorarium quod solvi iubetur non scholastico, sed scholasticis, inde Mommsenus inclinat ad concludendum eam fieri solitam esse partibus praesentibus. Quo loco quamvis in re ipsa ab eo non dissentiam, tamen argumentum eius ego non probaverim. Immo vero ut recte supra dicitur princeps, cornicularius, commentariensis, ut qui singuli in quoque officio inveniuntur, ita non minus recte scholastici plurali numero ponuntur, quandoquidem plures se applicabant officiis singulis, ut modo hic modo ille ab actoribus adhiberentur. Accedit ad illam rationem et illud, quod scholasticorum in postulatione, contradictione, causa in argumenti finienda commoda recensentur continuata oratione quod est ... sed ante posita. Nihilo minus cum ea, quae deinde de contradictione et etiam magis de causa in argumenti finienda praescribuntur, utramque partem advocatos pertingere negari vix queat, etiam in postulatione advocatos et actoris et rei honorarium solutum itaque partibus praesentibus eam factam esse mihi probabile videtur. Contra ex plurali quoque dici singulos utrisque partibus in singulis istis actionibus adhibitos esse ut ex plurali hic posito neququam sequitur, ita nescio an ne contrarium quidem sit, quoniam personam exemplaria bina tradenda actori et reo cum inter se consentire multum interesset, melius videntur ab uno exceptore comparata esse quam a diversis.

Contradictione comprehenduntur quae defensionis causa reus apud acta edit (cf. edict. Diocl. de pretiis c. 7, 12. 13).

In *causa in argumenti finienda*, quam unam eandemque esse cum iis quae infra appellantur *definita causa* (39) vel *definitum negotium* (41) Mommsenus certissime demonstravit, cum propter eam semel tantum retributio detur et advocato et exceptori summis auctis (scilicet pro modiis 5 + 10 advocatus accipit m. 15), verisimile est postulationem et contradictionem ita coniungi, ut una audientia lis finiatur.

Libellensis id potissimum curat, ut libellis, quos privati magistratui tradunt, puta appellatoriis et refutatoriis, subscribat se eos accepisse die illo.

Restat ut explicetur sportularum definitio non pecuniaria, sed frumentaria. Etenim monetae Romanae ruinae ea aetate perfectae Diocletianus ita succurrit, ut permisso ne abolitae modo pondus auri argentive, modo modios frumenti substitueret. Atque hoc quidem obtinuit in stipendiis et mercedibus publice solvendis nec non, ut hinc discimus, in ipsis sportulis privatorum. Elegit autem is, cui solvendum erat, utrum ipsum frumentum sibi dari vellet an frumenti pretium, id nimirum, quo frumentum tempore solutionis Romae in foro rerum venalium aestimabatur. Modios ubi primum nominantur significatur intellegi non castrenses, sed Italicos (cf. nov. Valent. III tit. 18, 8), i. e. eos, qui apud Romanos generaliter obtinuerunt.

17897 (= Eph. V n. 1269; VII n. 752) in fragmento aut eiusdem pilae, in qua est n. 17896, aut plane gemellae; rep. Timghâd in foro una cum n. 17896.

```
. . .          . . .ORVM IN///
/ AC·///// PERPETRATA
FVERI ·ERVANDA ·ST QVIQVE
C/// PERS//IS NECESSARIIS NE
.//IIS VENIVNT ETIAM CIRCA
//S PAR FORMA SERVANDA EST
/////IA IN CARCERE CONSTITV
////N DEBENT AB ORDINE CIVI
TATIS VT BREVEM MAGISTRA
TVS AC/////T VIC VM IPSIS ET
CVSTODIBVS PREBEAT ACCEPTVM
AB ORDINE SINGVLE AVTEM PERS
```

Exscripsi ex ectypo, quod Mommseno misit Poulle; lapidem postea contulit Dessau. Poulle rec. de Const. XXII p. 402 n. 163.

5 prima littera mihi aut C aut O aut Q visa est; C Dessau. — 7 in. initium effractum esse refert Dessau. — 13 SINGVLE conclusit Dessau. — Videtur esse particula edicti ab Ulpio Marisciano de carceris administratione promulgati. Intelleguntur fere haec: . . . . *orum in* . . . . . *ra* . . . . . [*p*]*erpetrata fuerit, s*[*er*]*vanda* [*e*]*st; quique c* . . . *pers*[*on*]*is necessariis ne*[*glect*]*is veniunt, etiam circa* [*ea*]*s par forma servanda est* . . . . . [*ii?*]*a in carcere co*[*n*]*stitu*[*ti ali*] — *ali* suggerit Mommsen — *debent ab ordi*[*n*]*e civitat*[*i*]*s, ut brevem magistra*[*tus*] *ac*[*cipian*]*t, vic*[*t*]*um ipsi*[*s*] *et custodibus pr*[*a*]*ebeat acceptum* [*a*]*b ordin*[*e*]. *Singul*(*a*)*e autem pers*[*onae*] . . . . .

17898 rep. Timghâd in macello.

PRASTINIAE
C · FILIAE
PACATAE
///////

Descripsit Cagnat.

Basis dedicata Prastiniae Pacatae filiae praesidis a. 144—146 postea fundites erasa est, nimirum ut denuo adhiberetur.

17899 In basis fragmentis duobus altis m. 1,0, latis *a* 1,05, *b* 0,90; rep. Timghâd in foro.

a | *b*

c. ANNIO ARMINIO DOnato clariSSIMO PVERO C N
III FLAVIANI PROc. patrimoni TRACTVS KAR
THAGINIENSIS FILIo . . anni ARMINI DO
NATI FLAMINIS perpetui NEPOTI e
CONCILIVM PRouinciae AFRICAE

Descripsit Dessau. Poulle *rec. de Const.* XXII p. 357 n. 100.

b 2 in. s litterae reliquias dignovit Dessau, quare [patrimoni]i probabiliter supplevisse mihi videor; ceterum cursum honorum C. Anni Flaviani exhibet titulus proximus. — 3 si fuit ex. gr. [*Sex. Anni*], spatium bene expletur. Deinde Dessau refert ARMINIO; quod si vero est in lapide quadratario crimini vertendum est. — 5 cf. ex. gr. n. 11017: *ex d(ecreto) p(rovinciae) A(fricae)* et 14364: *decreto Afrorum* et VI, 1736: *provincia Africa decretis ad . . principes . . missis.*

17900 (= Eph. V n. 629) in basi alta m. 1,23, lata 0,47, litt. 0,045; iacet prope Timghâd in fluvio Aïn Mori loco circiter 1500 metris a ruderibus distante, ubi plerumque aqua obtecta est. Quare frustra quaesivit DESSAV.

C ANNIO FLAVIA
NO EQVO PVBLIC
PROCVR TRAC
TVS KARTHAGI
NIENSIS PROCVR
ALPIVM ATREC
TINARVM SVB ·
PRAEFEC CLASSIS
PRAET MISENENS
PRAEF ALAE I FL SA
BASTENORVM TRB
LEG III ITALIC PRAE
FEC COHORTIS IIII
RAETORVM DONIS
MILITARIB DONA
TVS BELLO GER
maNICO II ///
//////////
//////////

Acceptam a Duthoit edid. Poulle *rec. de Const.* XXII p. 361 n. 109.

16 bellum Germanicum secundum erit expeditio Germanica Sarmatica Marci et Commodi cf. II, 4114 v. 17 seq.: *expeditionis Germanicae secundae*; praeterea VI, 1540. 1549; X, 408. 3901.

17901 in epistylii eiusdem magni fragmentis duobus litt. m. 0,16; rep. Timghâd *a* in castello Byzantio in opere positum, *b* in theatro.

a | *b*

r|ECV|ra r|PVBLICA . . . .

Descripsit Dessau.

17902 in fragm. litt. m. 0,045; rep. Timghâd in foro.

patronVS Col
DEC Dec

Poulle *rec. de Const.* XXIII. p. 239 n. 51*f*.

17903 in fragmentis aeris repertis Timgâd in curia antiqua litteris fere m. 0,01.

a

ELIVS VICTOR DVMVIRI
SEXTILIVS PRAETEXTATVS DVMVIR C
EDILICI NON EXCVSATI
CLAVDIVS FIRMINVS IVN
VETILIVS CRESCES
CLAVDIVS TICERIN
SEXTVS SIMPLICI
ANNIVS VI... IVS
CLAVDIV

b IV. VNCTI EXC

OSANVS
METIANVS CERI
LICIVS LACTANTIVS
ELICIVS VICTORIN
CILIVS SILVIVS
MPEVS SEVERIANVS
F AVSTINVS VS
MPEVS FLAVIANVS IVN
/NIVS CVBERNIVS
VALLIVS HOSPES
VARIVS EMILIANVS
VALLIVS EROTAS VS
VIRIVS ADELFIVS
SESSIVS AMPELIVS
SESSIVS PETRONIANVS
ELIVS DONATIANVS
INIVS FLAVIANVS
CIVS AVICIVS
DIVS SECVNDIANVS
///VS

c IVN

EMINVS MAIOR
DONATVS
S VICTOR
///IVS
////S
///.NTIVS
SILVANVS
VS QVINTILIANVS
CI NON EXCVSAT
RIVS LIBERALI
VS CAM
CIVS C

D *e*

VS DVBITATVS
VS VICTORINIANVS
VS LEONTIVS
AVSTINIANVS
ALFIVS
VS GVBERNIVS
VS DVLCITIVS
IANVS
S HONORES FVNCTI
NON EXCVSATI
CENSITVS
SINENTIVS

f

...LIANI
PLOTIVS SENECIO
INNOCENTIVS ABA
VARIVS IANVARIV
PVLLAENIVS VICTOR
VETILIVS GAIANVS
IVLIVS VICTORINIANVS
PONPONIVS EVCROMIVS
ANTONIVS SALONIVS
FL·IANVARIVS
GALVLVS DATVLLI
VITALIS DATVLLI
IVLIVS LEPORIVS
ANTONIVS DATIANVS
SESSIVS PVLVERIVS
FAVSTINIANVS PALMIN
/////::NVS//C//
PAPIRIVS FELIX
SERTORIVS CROM
IVLIVS EVSTRAT
IVLIVS E///
SERTORI

CALVIS *d*
IVL AGROBIVS
PAPIRIVS ALFIVS
TINTIRIVS FORTVNATIANVS
TINTIRIVS SATVRVS
ELVIVS A IVS
ELVIVS...NVLVS
VCRO
VNATIANVS
LLIVS
ANVS GREGORI
ONIVS
IVS
ISSI
IS

A
A
IN
IN
AN
SATV
IVLIV
ANTO
VICTO
MESSI
AVREL

Descripsit Dessau fragmenta *b—f*, deinde Cagnat omnia; ego ectypa contuli a Dessavio sumpta fragmentorum *b, c, d, f*. Edid. Poulle *b—f* *rec. de Const.* XXIII p. 240 seqq. n. 52; ego omnia cum commentario in mus. Rhen. vol. XLVII p. 114 seqq.

a 1 in fine elementum quod Cagnat refert videtur posse esse E; item E, non C, legendum esse crediderim etiam 2 fin., ut fuerit *du(o)viri(alicius) e[xc(usatus)]*. Nimirum locum ante aedilicios non excusatos tenuisse duumviralicios excusatos res ipsa suadet. — Cur praeter consuetudinem quadratarius his duobus hominis notam singulatim adscripserit, cum in universum generibus singulis suprascriberet, facile eo explicatur, quod prorsus expleta tabula priore duo illi duumviralicii a ceterorum numero separati soli in alterius tabulae principio ponendi fuerunt. Ceterum vide, quae infra exponam. — 4 fin. *Ian(us)* cf. *c* lat. sin. 5. — *b* 3 coniicio [*An*]*tonianus Cer*[*ealis*]. — 4 [*Fab*]*ricius*. — 5 [*Pu*]*blicius*. — 6 [*C*(*a*)*e*]*cilius*. — 7 et 9 [*Po*]*mpeius*. — 8 [*Fl.*] *Faustinus*; inter F et A spatium unius litterae vacat. — 10 fortasse [*An*]*nius*. — 13 AROTASSIVS Cagnat et Poulle; at Dessau adnotat spatium litterarum duarum hiare ob vitium lapidis. — 16 in. mihi est [*S*]*essius*, non [*C*]*essius*; SESSIVS notavit Cagnat. — 17 [*E*]*lius*, nisi fallor. — 18 [*A*]*nnius*. — 19 ut dedimus, Cagnat; NGIVS AVIGIVS Dessau; in ectypo hic versus male expressus est; malis [*N*]*origius*. — 20 fortasse [*Clau*]*dius*. — *c* ego coniunxi cum *d* v. infra. — lat. sin. 5 [*Claudius Fi*]*rmianus maior* cf. *a* 4. — 13 in. Dessau Q satis certo se legisse adnotat. — 14 [*Varius*]. — lat. dextr. 1 *Calvis*[*ius*]. — 6 coniicio (*H*)*elvius A*[*l*]*fius* cf. v. 3 et *c* 6. — *e* lat. sin. 5 [*F*]*austinianus*. — 10 in. |I tradunt tam Cagnat quam Dessau; V Poulle; *honores* est pro *honoribus*. — 13 lego [*E*]*mimentius*. — lat. dextr. 4 omisit Cagnat. — 5 ex. gr. *Sato*[*rninus*]. — 9 *Auto*[*nius*]. — 10 ex. gr. *Victo*[*rinus*]. — 11 *Mess*[*us*]. — 12 *Aureli*[*us*]. — *f* lat. dextr. 1 ex. gr. . . . [*Fl*]*orianu*[*s*]. — 3 fin. fortasse *Abo*[*nius*]. — 16 fin. *Palmin*[*i*] cf. n. 2403 lat. sin. 37. — 20 *Eustra*[*tius*].

Quid sibi velit hic nominum recensus, non diu quaeret vel ambiget, qui hos locos legerit et reputaverit: *a* 1—3, ubi post duumvirales duos (v. supra) sequitur praescriptio: *aedilici non excusati*; deinde *c* I, 13: . . . *q. non excusati*; porro *e* I, 10: . . . *n honores functi* | *non excusati*; denique *f* I: . . . . [*f*]*uncti exc*(*usati*). Pertinent sane haec fragmenta reperta in curiae antiquae parietinis ad album novum ordinis Thamugadensis vel adeo ad alia nova complura similia eius, quod dudum innotuit, n. 2403.

Iam ut cognoscamus, quoad fieri possit, eius monumenti vel monumentorum nunc mutilatorum disiectorumque formam atque condicionem pristinam, primum quaeramus, quid significent et quomodo supplendae sint praescriptiones illae singulis decurionum generibus antepositae. Atque *excusati* dicuntur ii, puto, decuriones, qui vel propter aetatem vel propter liberorum numerum vel etiam propter munera curialium omnium iam gradatim ac per ordinem absoluta in posterum vacationem habeant munerum municipalium, id omnium, illi personalium quae vocantur sive civilium (cf. Aemilius Kuhn *die städtische und bürgerliche Verfassung des röm. Reichs* I p. 69 seqq.). Supplendas autem coniicio praescriptiones fragmentorum *e* et *f* in hunc modum: [*fl*(*amines*) *p*(*er*)*p*(*etui*) — vel *duumviralici* — *om*]*n*(*es*) *honores functi non excusati* aut *exc*(*usati*). In fragmento *c* v. 13 in. legi poterit *q*(*uaestorici*) *non excusat*[*i*].

Sequitur, ut disceptemus, omnia haec fragmenta ad unam tabulam vel, ut accuratius dicam, ad unum tabulae latus, ad unam quasi paginam non revocanda sint. Et qui lapides ipsos examinaverunt Thamugadi Poullius, Dessau, Cagnat, nihil eo profecerunt ad hanc quaestionem solvendam. Ne unum quidem fragmentum cum altero cohaerere vere demonstratum est, dum mihi contigit, ut inter se coniungerem *c* et *d* si non certo, tamen veri simillime. Nam quod coniectura augurатus sum, componenda esse in *c d* nomina lacera *Tintirius Vern*[*a*]*tianus*, *Tintirius Saturus*, id confirmare videntur ectypa. Porro fragmenta *a* et *c* + *d* ad unum album pertinere suadent versus *a* 4 et *c* lat. sin. 5 inter se collati. At ut etiam plura fragmenta sint eiusdem paginae, tamen ad unum omnia esse nequeunt. Nam enumerantur in iis, ut supra vidimus, tria genera decurionum non excusatorum, et quoniam incipit fere pagina ab aedilicis, quos antecesserunt duumviralicii in priore maximam partem pagina recensiti, praeter quaestoricios quis tertium genus excogitabit honore functorum, quod hic enumerari potuerit? Accedit quod, si recte suppleri *e* I 10 et *f* I . . *omnes honores functi*, eae praescriptiones non spectant nisi aut ad duumviralicios aut ad flamines perpetuos. Sed fortasse ad album saltem unum fragmenta omnia pertinent. Ac primum *e* rettulerit fortasse quispiam ad eius paginam priorem item duobus intercolis compositam. Etiam eo, quod fragmenti *e* posterior quoque laterculus usque ad finem tabulae perscriptus est, non probatur illa quidem, at certe commendatur opinio tabulam alteram eam excepisse. Id ergo si statuitur, decuriones enumeratos inde ab *e* I, 10 usque ad *a* 2 pro duumviraliciis fortasse habueris. At eos occupasse plus unum laterculum totum, contra patronos et magistratus sacerdotesque universos minus uno laterculo absolutos esse credi vix potest. Superest igitur, ut *e* 10 dicamus incipere flaminum perpetuorum recensum. Sed ne id quidem probabile videtur propterea, quod flamines perpetuos collato n. 2403 expectamus ut antecedant duoviri, curator, sacerdotales, hic autem ante *e* I, 10 extat series nominum maior nulla praescriptione interrupta. Quae cum ita sint, *e* revocandum videtur ad album diversum, contra cum hoc fortasse coniunxeris *f*, in cuius laterculo priore duces enumeratos fuisse flamines perpetuos, excusatos duumviralicios. At locus, quem ita tenerent flamines perpetui excusati in fragmenti *f* laterculo priore, huic opinioni non favet. Quapropter vel id ipsum reputandum est, num forte fragmenta *a*, *e*, *f* pertinuerint ad alba diversa tria. Etiam *c*+*d*, nisi *q*(*uaestorici*) suppleatur I, 13 atque etiam hoc albo sicut Canusino pedaneorum genus comprehensum esse ponitur, quomodo ad idem album queat referri atque *a* difficile est dictu. Vides denique haec quanto opere incerta sint singula, nisi quod fragmenta cuncta unius monumenti fuisse veri prorsus est absimile.

Iam videamus, num quae fragmentis novis intercedat necessitudo cum albo ante reperto n. 2403. Ac primum quidem litterae licet in illis sint fere paulo minores, verum tamen forma ac specie adeo sunt similes, ut ab eodem quadratario ea atque n. 2403 incisa esse credas. Certe eiusdem aetatis quin sint ob eam solam causam nemo harum rerum peritus dubitabit. Deinde iam primus editor monuit redire in his fragmentis complura nomina, quae iam occurrerunt in albo prius reperto. Unde oritur quaestio, num personae quoque eaedem intellegendae sint. Ac primum *Sessius Pulverius* etiamsi n. 2403 I, 9 recensetur inter viros clarissimos patronos, hic autem *f* 15 inter duumviralicios, ut videbatur, ut idem homo sit tamen facile fieri potest, si modo hoc novum album aliquot annis ante n. 2403 compositum est et Sessius Pulverius post absoluta demum munera municipalia ad clarissimatus fastigium escendit. Nec minus *Iulium Victorinianum*, qui n. 2403 II, 22 inter augures enumeratur loco primo, cur distinguamus ab eo qui in fragmento *f* II, 7 apparet locis nonnullis ante ipsum Sessium Pulverium, causa idonea non est. De *Vallio* autem *Hospite*, ut qui n. 2403 II, 39 occurrat inter duumviralicios, hic *b* 11 in genere decurionum incerto, prorsus non liquet, praeterquam quod eundem hominem esse fortasse suadet ipsa nominis raritas. Denique *Faustinianum Palmin*[*i*], quem habemus *f* II, 16, nisi idem est cum Fl. Faustiniano n. 2403 II, 7, certe cognationis vinculo coniunctum crediderim cum eo et cum Fl. Palmino n. 2403 I, 27. Quae utut se habent, utique valent ad confirmandum quod supra diximus album n. 2403 et fragmenta nova non multum aetate inter se remota esse. Quodsi quis quaesiverit, an fragmentis *a* contineatur n. 2403, mihi id negandum videtur. Nam cum nova fragmenta duobus laterculis disposita sint, n. 2403 unum habeat in tabulis singulis, tum ad illorum exemplum expectaremus, ut n. 2403 II, 30 praescriptum esset: *duoviralici omnes honores functi non excusati*. Ceterum in albo illo excusatos coniunctim enumeratos esse cum non excusatis eo probabile fit, quod inter medios flamines perpetuos inde dictos, ut infra exponemus, duo appellantur excusati. Denique quattuordecim duoviraliciorum numerus iusto minor videretur.

Reliquum est ut quae praeter supra exposita nova discamus ex his fragmentis paucis adumbremus. Quorum gravissimum est, quod etiam in Africa aedilicios quaestoriciosque saeculo quarto medio sedem habuisse in curia ac ius sententiae de rebus publicis ferendae nunc quidem stabilitum est. Quo refelluntur ea, quae album n. 2403 integrum servatum esse ratus de curiarum Africanarum eius aevi statu disputavit Mommsenus Eph. III p. 83 seq. Simul igitur conficitur tabulas servatas duas n. 2403 excepisse alias, in quibus incisa essent nomina tam decurio-

liciorum reliquorum quam aediliciorum et quaestoriciorum et fortasse etiam eorum, qui pedani vocantur in albo Canusino nec non praetextatorum. Item sublata est suspicio olim Mommseno inde suborta, quod duoviralici cum bini quotannis crearentur, in ordine Thamugadensi recenserentur non plus duodecim (cf. l. l.).

Tum hinc discimus, qui decuriones vacationem munerum adepti erant, in albo notatos esse, ut aut separatim recenserentur singulorum generum non excusati et excusati, aut his intermixtis inter illos excusationis nota adscriberetur singulis. Illam rationem fragmenta recens reperta sequuntur, hanc, ut videtur, n. 2403. In ea enim 1, 33 seq. flaminibus perpetuis duobus adiungitur compendium EXCT, in quo interpretando adhuc frustra desudavit virorum doctorum sagacitas. Nimirum in albo decurionum nullus locus est additamento eiusmodi, quale est *ex cotabo-lenni*, sed indicantur tantum dignitates, quas nactis sedes debentur in curia. Qua de causa ne eorum quidem, qui solvi iubent *ex curatore*, accipienus opinionem; enimvero *ex curatoribus*, quantum videam, certam classem curialium non efficiunt. Iam vero novis fragmentis repertis, ne dicam, certum, ut tamen veri simillimum videtur notam illam solvendam esse *exc(usa)t(us)*. Nam lex illa syllabaria, de qua agit Mommsen Eph. III p. 83 quasi in eiusmodi breviationibus constanter observata et lectioni tali obstante, cum vere cadat in aetatem bonam, contra haud raro neglegitur aevo labente. Fusius haec omnia exposui in museo Rhen. l. l.

17904 in basi alta m. 1,30, lata 0,58, litt. v. 1—2 0,10, seqq. 0,035; rep. Timghâd occidentem versus in macello.

SERTIO
OPTANTIVS
M · PLOTIO · FAVSTO
EQ · R · PRAEF · COH
III ITVRAEORVM
TRIB · COH · I · FL · CANA
THENORVM · PRAEF
AL · I · FL · GALLORVM
TAVRIANAE · FL · P · P
SACERDOTI VRBIS
M POMPEIVS QVIN
TIANVS EQ · R · FL · P · P
PARENTI CARIS
SIMO

Domergue *compte-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1888 p. CVII; acceptam a Sarazin edid. Poulle *rec. de Const.* XXV p. 408 n. 21; a Boeswillwald Héron de Villefosse *bull. du com.* a. 1889 p. 377.

5 III Domergue; ITVRAEORVM Sarazin. — 7 fin. PRAEF Domergue. — 8 in. ALAE idem. Ceterum cf. n. 2394—2399.

17905 in basi alta m. 1,22, lata 0,56, litt. v. 1 et 12 0,10, reliqu. 0,035; rep. Timghâd occidentem versus in macello.

SERTIAE
CORNELIAE VALEN
TINAE TVCCIA
NAE CONIVGI
m. ploti fausti
A · MILIT · IIS · FL · P · P *ds*
HONESTAE MEMO
RIAE FEMINAE
M POMPEIVS QVIN
TIANVS EQ · R · FL · P · P
PARENTI OPTIMAE
OPTANTIVS

Acceptam a Sarazin edid. Poulle *rec. de Const.* XXV p. 409 n. 22, a Boeswillwald, cui dedit Sarazin, Héron de Villefosse *bull. du com.* a. 1889 p. 377.

5 qui in editionibus omissus est, num etiam in lapide desideretur nescio. Cf. n. 2395—2398.

17906 (= Eph. VII n. 772) in tabula alta m. 0,70, lata 0,89, crassa 0,12, litt. 0,065; rep. Timghâd ad arcum foro vicinum.

CVRIA · MARCIA
CVRIALES · EIVS
A SOLO SVA · P · FE
CERVNT · ID · D

Descripsit Dessau. Acceptam a Duthoit nobis dedit Poulle et edid. *rec. de Const.* XXIV p. 147; ad idem exemplum de Lasteyrie *bull. du com.* a. 1887 p. 306.

Marcianam curiam extitisse in colonia Marciana Traiana (cf. n. 17842 seq.) coniici poterat ante hoc testimonium repertum. Ceterum hunc titulum ei aedificio affixum esse arbitror, in quod convenire solebant curiae Marcianae curiales.

17907 (= Eph. VII n. 774) in fragmento litt. m. 0,08; rep. Timghâd ultra rivum in eius ripa occidentali.

C · ANNI
DENDRO
MO ET CA

Descripsit Dessau.

3 in. esse VI vel etiam M addit auctor; mihi est M, nam supplen fere sic: *C. Anni[o Victori fl. p. aed.? cf. n. 2341] dendro[phori patrono opti]mo et ca[rissimo]*.

17908 in lapide fracto rep. Timghâd in theatro; nunc operi fontis immissus est.

IVL...
VIC ·
FLA
MEN
ICAE

Descripsit Cagnat.

Titulum integrum videri adnotat socius.

17909 (= 2400) in basi alta m. 1,08, lata 0,60, litt. 0,035; rep. Timghâd in foro.

m · VIRRIO · m · FIL ·
PAP · FLAVIO · IVGVR
THAE · EQ · R · FL · p · p · acci
RIONI · SPLENDIDISSI
MAE · COLONIAE ·
CARTHAGINIENSIVm
CVRATORI · REI p · TAN
TVm · DISERTO · TAN
TVm · BONO · SPLENDIDIS
SIMVS ORDO COL THAMV
GADENSIVm//////
TIALEM///////////
SVS//////////O///
M///:////.//:///
tres versus evanidi

Contulit Wilmanns et ectypum sumpsit, ex quo ipse delineavi. Antea descripserunt Delamare et Creully, item ipse Renier *rec.* n. 1523.

Renier expedivit usque ad initium versus 10, deinde versuum duorum tantum lacunam indicavit. — 12 in. TIALI Wilm.; quae non supra dedimus, ipsa non certa sunt. A versu 14 in ectypo nihil cernitur.

17910—17912 (= 2391 et 2400; Eph. VII n. 339 et 745) tabulam recens repertam n. 17912 cum ad n. 17911 revocandam esse probabiliter coniecisset Dessau, ad idem monumentum pertinuisse etiam basim huius gemellam dedicatam P. Fl. Pudenti Vocontio non minus verisimile videri ipse pronuntiavi. Itaque hic coniunximus hos titulos tres omnes eodem loco repertos et litteris uncialibus scriptos quamvis non persus eiusdem speciei.

17910 (= 2391 et p. 951; Eph. VII n. 339) in basi alta m. 1,25, lata 0,69, litteris uncialibus v. 1 0,08, v. 2—15 circiter 0,03, v. 16 0,07; rep. Timghâd in foro.

VOCONTIO
P·FL·PVDENTI POMPO
NIANO C·V·ERGA
CIVES PATRIAMQVE
PROLIXE CVLTORI EX
ERCITIIS MILITARIBVS
EFFECTO MVLTIFARI
AM LOQVENTES LIT
TERAS AMPLIANTI AT
TICAM FACVNDIAM AD
AEQVANTI ROMANO
NITORI
ORDO INCOLA FONTIS
PATRONO ORIS VBERIS
ET FLVENTIS NOSTRO
ALTERI FONTI

Contulit Wilmanns et ectypum fecit, ex quo ipse delineavi. Antea descripserunt Delamare, Creully, item ipse Renier rec. n. 1521; Boissonnet *mém. de la soc. d'émul. de Cambrai* 1872 p. 224 fig. 2.

Vocontio. — *P(ublio) Fl(avio) Pudenti Pomponiano, c(larissimo) v(iro), erga cives patriamque prolixe cultori exercitiis militaribus effecto, multifariam loquentes litteras amplianti, Atticam facundiam adaequanti Romano nitori, ordo incola fontis patrono oris uberis et fluentis nostr[o] alteri fonti.*

Flavii Pomponiani memoriam investigavit apud Charisium p. 145, 29 ed. Keil. Franciscus Buecheler mus. Rhen. vol. 42 p. 473 cumque aetate putat posteriorem Frontone, suppareın Iulio Romano.

17911 (= 2400) in basi alta m. 1,13; lata 0,55, litteris uncialibus 0,04; rep. Timghâd in foro.

POTA...
C·PONTIO VL
PIO VERO ...
NIANO·VIC
RI C·P
C·PONTI VICTO
RIS VERIANI
V·E·FL·PP·AMA
TORIS CIVIVM
FILIO·
Q·HAVMONIVS
DONATIANVS
Q·P·I·D
PATRONO
L D D D

Contulerunt lapidem Dessau, Cagnat ectypum Renieri (sched. 20, 10). Antea descripserunt Delamare et Creully, item ipse Renier rec. n. 1530, qui etiam ectypum fecit. Delamarii exemplum adservatur in schedis vol. III p. 82 n. 86. Nos supra Dessavii exemplum exhibuimus.

Pota[mio]. — *C. Pontio [Ul]pio Vero . . . niano Vic[to]ri, c(larissimo) p(uero), C. Ponti Victoris Veriani, v(iri) e(gregii), fl(aminis) p(er)p(etui), amatoris civium, filio, Q. Haumonius Donatianus, q(uaestor), p(raefectus) i(ure) d(icundo), patrono. L(ocus) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum).*

17912 (Eph. VII n. 745) in tabula plinthi simili alta m. 0,12, lata, quatenus servata est, 0,64, litteris uncialibus 0,0375; rep. Timghâd in foro.

VOCONTIO · · POTAMI ?

Descripsit Dessau.

17913 (= Eph. VII n. 773) in ara quattuor laterum tracta alta m. 0,55, lata 0,67, litt. 0,045; rep. Timghâd in foro.

... E X
SVA LIBERA
LITATE EX
HS V A DO
NVM DEDIT
IDEMQVE
DEDICAVIT

Descripsit Dessau. Acceptam a Duthoit edid. Poulle *rec. de Const.* XXIV p. 159.

1 certa videri elementa Q, deinde D EX addit Dessau. — Vide ne sit eadem ac n. 2411.

17914 in parvo basis fragmento; rep. Timghâd in basilica sita ad forum orientem versus.

DICAVIT·
EX·HS XII LXXX R

Descripsit Dessau.

17915 in fragmento basis litt. m. 0,08; rep. Timghâd in foro.

M·C A
REC
C O R
SVA PEcunia

Descripsit Dessau. Poulle *rec. de Const.* XXII p. 359 n. 107.

17916 litt. m. 0,07; rep. Timghâd in foro.

L///V
//E
IVNIO
SORO.............
TIT...

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 239 n. 51p.

17917 Timghâd in latere sinistro basis eiusdem, in cuius antica legitur n. 17880.

I . . . . . A
L . . . . . I I
C R A T / S
A E ? N
D D

Acceptam a Duthoit edid. Poulle *rec. de Const.* a. 1883 p. 158.

Lectionem incertam esse monet auctor.

17918 Timghâd '*au forum*'.

C
DED

Delamare sched. vol. III p. 50.

17919 litt. m. 0,10; rep. Timghâd in foro.

M AVRELIO
M · FILIO
. . . .
. . . .

Poulle *rec. de Const.* XXII p. 359 n. 105.

17920 in fragmento litt. m. 0,10; rep. Timghâd, ubi iacet occidentem versus a theatro.

IVLIVS
...

Descripsit Dessau.

17921 in fragmento litt. m. 0,07; rep. Timghâd in foro.

MARIAN
ANO

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 232 n. 35.

17922 in fragmento litt. m. 0,07; rep. Timghâd ad forum.

CA
SA

Descripsit Dessau.

17923 in fragmento litt. m. 0,06—0,065; rep. Timghâd, ubi iacet a theatro occidentem versus.

R.A.I.S
N S C V

Descripsit Dessau.

17924 in fragm. litt. m. 0,075; rep. Timghâd in foro.

DVL
AEPI

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 239 n. 51e.

17925 in fragmento litt. m. 0,085; rep. Timghâd in foro.

SIES
V

Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 239 n. 51 *k*.

17926 fragmenta rep. Timghâd in foro.

ONIVS	m. 0,34
DED	m. 0,34
IAL	m. 0,34
RAS	m. 0,34
R	m. 0,34
P	m. 0,33
IV	m. 0,31
IIIA	m. 0,30
M	m. 0,31
PM	m. 0,30
CA	m. 0,32
POT	m. 0,31
VC	
II	m. 0,34
IIA	m. 0,32
AR	m. 0,305
TI	
A	m. 0,33
D	m. 0,32
RO	m. 0,30
M	m. 0,32
CI·PIL	m. 0,32
O D	

Descripsit Dessau fragmenta prima quattuor et paenultimum. Omnia praeter tertium atque paenultimum edid. Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 239 n. 51.

17927 in fragmentis diversis rep. Timghâd.

litt. m. 0,25 (V) } *au praetorium (sic!)*
litt. m. 0,30 (P) }
litt. m. 0,32 (E) *au forum.*

Delamare sched. vol. III p. 107 et 108.

17928 Timghâd.

AEJIO
SECVNDI
NO PATRI
PIISSIMO
5 AELIA HO
HORATA
POSVIT

Delamare sched. vol. III p. 104.
1 AEPIO traditur.

17929 Timghâd.

P Aelio
SOLVTO
P AELIVS
CASTVS IM

Delamare sched. vol. III p. 105.
1 PATILCS, 4 CISTVS traditur; in fine est fortasse *p(atri) m(erenti)*.

17930

AMANIA SEX
TVLLA SEXE
AIA
V A VII·H S EST

Delamare sched. vol. III p. 105.
1 nomen quod est *Amatius* occurit n. 9321, *Aminius* n. 5723. 5727. — 2. 3 *Sex. [f(ilia)] p]ia?*

17931 (= 2416) in cippo alto m. 1,50, lato 0,40, litt. 0,075; rep. Timghâd in castello Byzantio.

Wilmanns:	Dessau:
D O M s	D O M
L O CAL o	L CAL r
LIVs .. r	I L I V s
DEXTer	DEXTEK
5 VOAOX	5 VOAOXCO
HESOE	HESOEE

Descripsit Dessau post Wilmannsium.

17932 (= 2421) Timghâd.

D M
D · EQVITIVS
ORESTINVS
A///

Creully apud L. Renierum *rec.* n. 1554 (inde C. n. 2421); Delamare in sched. vol. III p. 98 n. 102.
1 M Delamare. — 2 M·EQVITIVS Creully. — 3 ORESTINVS Delamare.

17933 (= 2429) Timghâd.

Roudet:	Delamare:
D M S	
D M IELIA	D M · HELIA
TERTIA V AN	TRTIA V AN·
I H S E	L H · S · E

Roudet apud L. Renierum *rec.* n. 1557 (inde C. n. 2429); Delamare in sched. vol. III p. 100 n. 104.

17934 (= 2417) in cupula rep. Timghâd alte posita in moenibus castelli Byzantii intrinsecus.

Renier:	Dessau:
D M S	D M S
GÆLIÆ PROCV	GALIÆ PROCV
ANÆ MATRI CA	·NÆ MATRI CA
RISSIMÆ V A IX	RISSIMÆ V A IX
5 OTTACILIA GEM	5 *sic* OTTACILIA GEM
NIA FILIA FECIT	NIA FILIA FECIT

Descripsit Dessau post Renierum *rec.* n. 1551.
De lectione haec adnotat Dessau: '2 in. C an G sit incertum; elementum tertium potius I quam L est. — 2 fin. litterae L nullum cernitur vestigium. — 4 fin. IX videbatur mihi infra stanti in lapide esse'. — Itaque v. 2 de nomine gentilicio, puta mutilato, utique non constat.

17935 (= 2432) in cupula rep. Timghâd.

Roudet:	Delamare:
D M S	D M S
LVC SALVSTV	LVC · SALVSTV
VICTOR FILIO	VICTOR FLIO
VIX NIS XXI	VIX · ANIS XXII

Roudet apud Renierum *rec.* n. 1566 (inde C. n. 2432); Delamare in sched. III p. 103 n. 107.
2 seq. lege: *Luc(io) Sal(l)ust(io) Victori filio.*

17936 Timghâd *à l'ouest du fort.*

D M S
SALLVSTIA HYGIA
VIXIT ANNIS XXV B *sic*
SALLVSTIA Q F FILIAE
5 MERENTI FECIT H·S·E

Delamare sched. vol. III p. 97.

17937 (= 2422) in cupula rep. Timghâd.

Creully:	Delamare:
D M	D M S
EVFRATRINI	EVFRAPRINI
TIVECONS//	TIVI CONSOR
//P V A///	P·S·V A XXX
5 H·S·E	5 H S E

Creully apud Renierum *rec.* n. 1564 (inde C. n. 2422); Delamare in sched. vol. III p. 101 n. 106.
2 seqq. fuit fere: *[S]er[v]ea Primitiei cons[e]r(va) p[ia]* cet.

17938 (= Eph. V n. 1270; VII n. 860. 756) in tabula alta m. 0,53, lata 1,08, litteris stilo incisis; rep. Timghâd in fori pavimento.

QVIEVER	VENARI	avis	LAVARI
	LVDERE	...	RIDERE
	OCC EST	...(?)	VIVERE
			SYNVDO

Contulit Dessau et postea Cagnat, qui imaginem photographicam fecit. Descriptam a Duthoit edid. Poinssot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 92 et iterum *bull. crit.* V (1884) p. 158; Poulle *rec. de Const.* XXIII p. 243 n. 54.

Quae sunt infra extra marginem: (*h*)*oc anas*, fortasse spectant ad avem in tabula depictam. — In media tabula quod Cagnat vas esse refert, priores habuerunt pro capite animalis auriti.

10 ART DIVI NER ADNE, 12 in. LICI AVG traditur. — 14 fin. videtur fuisse PRINCIPIS. — 15 seq. fuit, puto, *super o(mnes) pr(incipes) in[dul]g[entissimi]* cet. in litura perscriptum, Getae nomine exciso. — In fine nomen paganorum, qui titulum posuerunt, periisse probabiliter coniecit Reboud.

20092 (= Eph. V n. 928) *ruine de Temda.*

. . . .
OMNIBVS
HONORIBVS
FVNCTVS
V · A · LXXII
O · T · B · Q ·

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20093 *ruine de Temda.*

D M S
ANINIVS CL
AVDIANVS
IVNIOR
VIXIT AN
NIS LXII
H · S · E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20094 *ruine de Temda.*

D M S
C · AVLEVS · C · F
QVIR · PROCESSI
ANVS V · A · XVII
H · S · E O · T · B · Q

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20095 *ruine de Temda.*

D M S
SEX CLAVDI
VS CLAVDIA
NVS VIX · A ·
LIII
H S E
O · T · B · Q ·

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20096 *ruine de Temda.*

CORNE
LIA MA
TRONA VIX
IT A XXXX

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20097 *ruine de Temda.*

luna crescens
D M
COSCONIA
VRBANA OB
SEQVENTISSIMAE
MEMORIAE
MATER
V · A · LXX
H · S · E ·

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 25.

20098 *ruine de Temda.*

D M S
HERENIA
FELICIA
V · A · LXXXV
H · S · E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 25.

20099 *ruine de Temda.*

D M S
M · IALLIVS
ROGATVS V·
AN . . . H S E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20100 *ruine de Temda.*

D M S
L · IVLIVS
SALSVL
VS V·A·
LXXII
H·S E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20101 *ruine de Temda.*

D M S
Q · IVLIVS
VICTOR
AVGVRINVS
V·A·LXV
H S E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20102 *ruine de Temda.*

D M S
IVLIA
BLATICA
V·A LX
H·S·E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20103 *ruine de Temda.*

D M S
IVLIA RO
GATA VIXIT
ANNIS LXXX
O·T·B·Q

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20104 *ruine de Temda.*

D M S
SEX PONTIVS
FELICIANVS
V · A LXII · H · S
E · O · T · B · Q ·

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20105 *ruine de Temda.*

D · M · S ·
T · PON
T I V S
ISIDORVS
V · A · II
H · S · E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20106 *ruine de Temda.*

DIS M · S
S E R T O
R I V S V ·
A · LXXXV

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20107 *ruine de Temda.*

SILANV
S·VIX A LXV
O · T · B · Q

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 26.

20108 *ruine de Temda.*

D M S
SITTIA CATV
LLINA·V·A XXI

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20109 *ruine de Temda.*

D M S
SITTIA HE
LENA · SPLEN
DIDISSIMAE ME
MORIAE MATER
V·A·CIII·H·
S·O·B·Q

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 25.

20110 *ruine de Temda.*

D M S
STABERI
A MATRO
NA V·A·LXXX

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20111 *ruine de Temda.*

SVFIDA HO
NORATA SVF·
OPTATVS FIL R·
P · V · A · V
H·S·E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20112 *ruine de Temda.*

D M S
SVLPICIA
MATRONICA
V·A LV

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 27.

20113 *ruine de Temda.*

D M
L · VOLVSSI
VS · C · FIL · Q
CASTVS V ·
A · LXXXXV

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 25.

20114/5 *ruine de Temda.*

D M S
SEX · VOLVS
SIVS SEXTI · F ·
QVIR · ROGAT
VS V · A
L X X I I I

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 25.

20116 *Khorbet-Amdi-el Kebaili, à 3 kil. de Bordj Beida.*

I V L I A
G I D A
V I X I T
A N N I S
L X X V

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 19.

Supra et infra extare alias litteras ab hac inscriptione alienas et lectionis dubiae aiunt editores.

20117 ibidem ubi n. 20116.

. ATTON
. A · C
H · S · E

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 19.

20118 propo Bordj-Beida repperit Sergent; deinde Mila in museo.

DIS MANIBVS
MANILIO·L·F·QVIR
IMPETRATO ·

Reboud *rec. de Const.* XX p. 75 n. 130.

20119 Kessaria.

D M
IVLIA VRBA
NA V · A · C

Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX p. 20.

Fortasse non diversa a n. 8289.

20120 (= 8355) *Ksar-bou-Malek, territoire des Oulad-Aïd* CHERB.

D M S
MEMORIA
Q IVLI QVI
NTVLI VI A
LXXV H S E

Langlois *capitaine* apud Cherbonneau *ann. de Const.* 1862 p. 122.

20121 (= 8356) *Ksar-bou-Malek, territoire des Oulad-Aïd* CHERB.

D M
MEMORIAE
QVINTAE
IVLIAE •
V A LXX
H • S • E

Cherbonneau *ann. de Const.* 1862 p. 122.

20122 (= 8357) *Ksar-bou-Malek, territoire des Oulad-Aïd* CHERB.

LVCVS M
ALLI VICTO
RIS V A LXXI
H S E

Cherbonneau *ann. de Const.* 1862 p. 122.

20123 *à Keniouia, près de Ksour-bou-Malek.*

D M
ꟻVLVIA RVFI
NA P V A LVIII
H S E

Cherbonneau in scheda Renierana n. 1225, cf. XIII, 4. Inde Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 162 n. 720.

2 PVLVIA traditur.

20124 *Hammam Grouss* (prope Wed Atmenia).

luna crescente
D M S
IVLIA EXTRI
CATA
V A ...

Delamare ms. VII p. 190 n. 233.

20125 *Oued Athmenia.*

rosa
luna crescente
D ◦ M
L M CR
ESCENS
V A ...
H • B • S

Cauchoi *bull. du comité* a. 1888 p. 479.

20126 *domaine du Val-d'Or, à l'Oued-Atménia, rond-point à 100 mètres du balneum de Pompeianus* (n. 10889—10891) REN.

rosa
luna crescente
D M
POMPEIA
MARTILLA
V • A • LXXX
H • S • E

Reboud *rec. de Const.* XX p. 74 n. 128 ad ectypum missum a sacerdote Neyron; Cauchoi *bull. du comité* 1888 p. 477.

2 MARHILA Cauchoi.

20127 *après l'oued Temania, sur la route* DELAMARE. Significatur puto Wed Atmenia (cf. supra n. 19291).

D M
..CRIVS
FIL QVIR
RONTO
V A XXX
H S E
O T B Q

Delamare ms. VII p. 194 n. 239.

20128 *après l'oued Temania, sur la route* DELAM.

C TI
CRIVS
SEVA
SV
XVIIC

Delamare ms. VII p. 194 n. 240.

20129 inter Constantinam et Sitifim, *voie romaine, après avoir passé l'oued Temania* DELAM.

rosa
luna crescente
FATRI CA F
DVCTA VIX
ANNIS XXV

Delamare ms. VII p. 193 n. 237.

1 primam litteram aut E aut F fuisse ait Delam.

20130 inter Constantinam et Sitifim *voie romaine, après avoir passé l'oued Temania.*

luna crescente
D M
ECAL

Delamare ms. VII p. 193 n. 238.

20131 (= 8290) Ksar el Khadia (inter Constantinam et Sitifim).

D M S
M SIT..
VS M
ITIS V.
LXXX
H ...

Delamare ms. VII p. 192 n. 236. Paullo aliter exhibet Poulle *rec. de Const.* 1869 p. 712 (unde supra l. c.), qui etiam locum aliter indicavit.

20132 Aïn Lasnab (inter Mileh et Setif, ab illa chil. c. 25, prope Sidi-Kassem).

D M
EM PETI
TA V
ANNI
S XXVII
I H S E

Ad ectypum acceptum a Walser et Geoffrion ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 487 n. 5.

20133 rep. in ruderibus sitis non longe ab Aïn-Lasnab.

Q • IVLIVS
MINVCIANVS
VALVIT ANN
N LVIIII ET • ME
SES • VI • ET •
DIES • XXXI
IN • PACE

Ad ectypum acceptum a Geoffrion ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 488 n. 6.

20134 in ara alta m. 0,98, lata m. 0,46, litteris cm. 4, rep. *aux ruines d'Idiera, qui sont voisines de l'oued Decri, à 52 kilom. de Constantine,* id est ibi ubi n. 8272 CHERB.

AVRELIVS
BV/////VERI
//////VIX
AN//////////VII
//////////RIS

Ex ectypis non bonis, quae extant inter Renierana (X, 14) missa a Cherbonneau, descripsit Cagnat et edidit *bull. du comité* 1887 p. 169 n. 758.

LXIIII (LXI). CVICVL (*Djemila*) p. 708. 968. 979.

n. 8300 (Delamare in schedis vol. V p. 38 n. 52 exhibet v. 4 MEDICI, v. 6 T AVREL ERI, v. 8 QFI, 10 LEGITIM et postea MI). 8301 (recognovit Dessau collocatam in maceria quadam; v. 1 latebat in terra). 8302. 8303. [8304 = 20149]. 8305 (vidit Dessau). 8306 (p. 968; Delamare ms. vol. V p. 35 n. 47). 8307 (p. 968. Protome barbata est Saturni). 8308 (p. 968). 8309 (v. infra n. 20135). [8310 = 20148]. 8311. 8312. 8313 (v. infra n. 20136). 8314 (p. 968. Delamare ms. V p. 40 n. 55, initio ante SAC litterarum nonnullarum reliquias superfuisse indicat. — 6 fin. ANN). 8315—8317. 8318 (vidit Dessau. Extat etiam in pugillaribus Anonymi cuiusdam Pedemontani scriptis c. a. 1846, cf. Villefosse

bull. des antiquaires 1887 p. 69). 8319 (Delamare ms. V p. 8 n. 7, unde refero v. 8. 9 PVBLICO EXORNA|TVS, v. 9 IIII VIRI ET CVIC). 8320 (p. 979). 8321 (v. infra n. 20137). 8322 (v. infra n. 20138). 8323 (v. infra n. 20139). 8324—8327. 8328 (p. 968. Partem superiorem descripserunt etiam V. et I. Rebond *rec. de Const.* XX p. 207. Partem inferiorem exhibet Delamare etiam in schedis vol. V p. 31 bis n. 41, ubi v. 1 fin. est QVADRGGAI). 8329 (Delamare sched. vol. V p. 18 n. 16. 17 integram, p. 19. 20 n. 18—21 partes). 8330 (descripsit Dessau). 8331. 8332 (Delamare in schedis vol. V p. 29 n. 34, exhibens v. 4 fin. COSS). 8333. 8334 (recognovit Dessau et v. 1 excepit sic: AT ·E, putans ATAE legendum esse). 8335 (= 10900). 8336—8340. 8341/2 (Delamare ms. vol. V p. 45 n. 59 et p. 46 n. 60). 8343 (p. 968. Delamare ms. V p. 47 n. 61). 8344—8348. [10894 = 20153). 10895 (v. infra n. 20140). [10896 = 20157. 10897 = 20158]. 10898 (v. infra n. 20141). [10899 = 20161]. 10900 (v. infra n. 20142). 10901 (v. infra n. 20143). 10902. [10903 = 20176]. 10904.

20135 ad n. 8309 (p. 968). Titulus positus est a. 194 vel 195, cf. supra n. 17726. C. Iulius Lepidus Tertullus memoratur praeterea supra n. 4192. 17890ᵃ.

20136 ad n. 8313. In lapide alto m. 0,62, lato m. 0,96 PVRGOLD qui descripsit sic:

AE AVG
M C IVLIVS C
CVICVLITA
STATVAS DV..

2 fortasse significatur idem C. Iulius Crescens Didius Crescentianus qui n. 8318. 8319.

20137 ad n. 8321 p. 968. Purgoldius refert titulum incisum fuisse in quinque lapidibus iuxta positis, horum primum (altum m. ca. 1,50, latum m. ca. 1) humi iacere, reliquos quattuor extare in arcu loco antiquo. — 3 MAE, 4 POMNAE, 5 ...EORVM Purgold. — Legitur etiam in Pedemontani cuiusdam pugillaribus scriptis c. a. 1846, nunc societatis archaeologicae Tolosanae (cf. Villefosse *bull. des antiquaires de France* 1887 p. 69); item in Delamarii schedis vol. V p. 22 n. 23 (v. 2 fin. MX).

20138 ad n. 8322. Fragmentum *b*, quod solum non vidit Wilmanns, nuper vidit Dessau, praeter primas utriusque versus litteras in terra latentes, et excepit hunc in modum:

//VICTORIIS DC
///////TIS DIVI AN

(Litteras inclinatas dedimus ex prioribus). — 2 [*prone*po]*tis* vocabulum erasum fuit. Litterae v. 2 altae sunt cm. 17. — Praeterea fragmentum *a* exhibet Delamare etiam in schedis vol. V p. 23 n. 24 et p. 25 n. 28, *b* p. 24 n. 26 (ubi laudatur Saget) et p. 26 n. 30, *c* ib. p. 24 n. 27 et p. 26 n. 31.

20139 ad n. 8323. In schedis Delamarii, qui lapidem vidit Djemila *extrémité nord des ruines, vers la route*, vol. V p. 28 n. 33, hoc extat exemplum ab ipso delineatum:

MARCIAE OIICIIIAE SIVML
AVG CL//VCI D N IMP CAES
M IVL PIIIPIPII PII ILLIC ///S
PONT MAX TRI POT V CS III
PROCS MAT IMP CAES M IVLI
PIIIPP//VC PIPEIIIC AVG
PONT A,SX///////TOI/////S//
II PROCS////M// CIP 2SI///
VINTVELS AVG TT CASIRO
RVM TT STM ///SVS T PAINAE
RISP CVICVLITANOR DIVTA
///IVMI/////IT///III PORVM
D D P P

Renierus aut aliud exemplum Delamarii, secundis nimirum curis confectum, ante oculos habuit, aut hoc ipsum suo Marte reformavit; hoc si est, v. 5 scribi debet PROCOS MAT (pro PROCOS PP MAT), v. 6 fin. PII FELIC AVG (ut AVG vocabulum non transpositum, sed errore quadratarii bis positum fuerit).

20140 ad n. 10895. In schedis Delamarii vol. V p. 48 n. 62 sic legitur communicata a Lodibert medico:

CAPROVC
CAΦPIKAN
ΠATPPPA
IONμNHμHAI
HONICEVAOPIA

Eidem Lodibert accepta refertur in scheda Renierana n. 3041 (unde edidit Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 105 n. 346). — 4 *μεγαη* vocabulum agnoscitur. — Nomina Gordianorum pleniora, quam in titulo quem supra dedimus n. 12521, extant in titulis Graece scriptis qui nuper prodierunt Pergae in Pamphylia (Lanckorońskí Städte Pamphyliens u. Pisidiens I p. 168 n. 37. 38; Dessau inscr. Lat. sel. ad n. 493).

20141 ad n. 10898. V. 4 FRONTI superesse ex nomine Fontei Frontiniani legati (cf. ad n. 20144) putat Dessau; idem coniecit v. 1 cogitari posse de C. Iulio Crescente Didio Crescentiano (supra n. 8318. 8319).

20142 ad n. 10900. Eadem est n. 8335.

20143 ad n. 10901. Principium tantum repperit Purgold in cupula fracta et descripsit sic:

D M
ANNIA G

20144 (= Eph. VII n. 798) in lapide litt. m. 0,065—0,04; extat Djemila in maceria quadam.

GENIO · POPVLI · CVIC*ulitani*
L CLAVDIVS TI · FIL · QVIR · HONORATVS · TRIB · *mil. leg.* .... *praef. alae*
I · AVG · PAN · EQVO · PVBL · EXORNAT · AB · IMP ANTONI*no augusto pio* ....
COL · CIRT · DEC · ET · AED · COL · CVIC · DEC · ET · AVG · EXED*ram* ....
QVAM · CL · MODESTVS · PATER · SVVS · OB · HONOR · PONTIF · S*S* *facturum promiserat ex decret.*
FONTEI · FRONTINIANI · LEG · AVG · PR · PR · C V · AMPLIATA · PEC*unia extruxit itemq. dedic. l. d. d. d.*

Descripsit Dessau. Ex Eph. l. c. Pallu de Lessert *rec. de Const.* XXV p. 242; de visu Toutain *mél. d'arch. et d'hist.* XI p. 426 n. 17.

2 M·PR Toutain. — 3 si ponimus in lapide esse (ut edidimus Eph. l. c.) PAN, legendum est [*praef. alae*] *I Aug. P*(*arthorum*) *An*(*toninianae*) — quae ala pars fuit exercitus Mauretaniae (cf. Cagnat *l'armée rom. d'Afrique* p. 297) — et statuendum, titulum scriptum esse non ea aetate quam enuntiat, sed multo postea; Pio enim imperante numeri, ut monuit Mommsen (Eph. l. c.), nondum ab imperatoribus vocabula trahebant. Sed punctum inter P et AN non ita certum esse, cum reliqua puncta inscriptionis certa sint et clare expressa, rettulit Dessau, ita ut praestet legere PAN (ita etiam Toutain), et cogitandum de ala prima Pannoniorum exercitus Numidiae. — 4 seq. *col*(*oniae*) *Cirt*(*ensis*) *dec*(*urio*) *et aed*(*ilis*), *col*(*oniae*) *Cuic*(*ulitanae*) *dec*(*urio*) *et aug*(*ur*) *exedr*[*am* ....] *cet.* — 5 OB HONOREM PONTIF Toutain. — 5 fin. cf. supra n. 2353 v. 11. — 6 de D. Fonteio Frontiniano cf. C. p. 1065.

20145 (= Eph. V n. 931) ara alta m. 0,60, lata 1,0; Djemila in hortorum maceria.

HERCVLI AVG · SACRVM · C · IVLIVS
SATVRNINVS SACERDOS LIBERI
PATRIS ARAM OPERE QVADRATARIO A FVNDAMENTIS
SVA PECVNIA EX S-S OO NVMMIS FECIT DEDICAVITQ CVRANTIBVS
IVLIA GETVLA VXORE ET IVLIIS GETVLEIS APA ET SATVRNINO
IVNIORE FILIIS EIVS V · S · L · A

V. et I. Rebond *rec. de Const.* XX (a. 1881) p. 210 n. 192.

5 de APA vocabuli lectione dubitare non vetat V. Reboud. Videntur igitur C. Iulii Saturnini et Iuliae Getulae filii appellati fuisse *Iulius Getulius Apa* et *Iulius Getulius Saturninus iunior*.

20146 (= Eph. VII n. 453) in fragmento calc. alto m. 0,20, lato 0,13, crasso 0,12; rep. Djemila in castelli Byzantii ruderibus.

IOV
SAC
VOL
CIAD
AVIII

Descripsit Purgold.

Supra nihil videtur deficere, namque legerim: *Iov[i optimo maximo] sac[rum]* . . .

20147 (= Eph. VII n. 454) in basi calc. alta m. 0,76, lata 0,59, crassa 0,53, litt. 0,06; Cuicul ad introitum urbis, ante arcum.

SARAPIDI
AVG

Descripsit Purgold; ab eo acceptam ed. Poulle *rec. de Const.* XXIV p. 169.

20148 (= 8310 cf. p. 968) Djemila.

VICTO*Riae*
AVG SAC
L C//SIVS C F PAP
BARBARVS Q AED
AVGVR *statuam*
*s*VA*m* *o*B HONORE*m*
*a*VGVRATVS SVI
ex HS VI *m n* S*u*PER
*leg*ITIMAM PRO
*m*I*ssu*AT AMPLIA
ta p*Ecu*NIA CVM
*bas*POSVIT IDEMQ D D

Descripsit Dessau ea quae dantur litteris rectis. Delamare ms. V p. 17 n. 15, ubi laudatur Saget, et p. 33 n. 45; Duboys ms.; Renier n. 2549 laudans Delamarium, Foy, Desvaux.

Priores non videntur vidisse pleniorem, nisi vv. 11. 12. — 3 nominis prima littera fuit aut C aut Q aut O, secunda et tertia plane perierunt, quarta videtur fuisse S. — 5 fin. Dessavius rettulit partem alteram huius versus nunquam scriptam fuisse sibi videri; sed vide ne erraverit. — 13 fin. D D] D D Delam p. 33, D D idem p. 17.

20149 (= 8304 cf. Eph. VII n. 795) ara sex laterum (alta m. 1,15, diam. m. 0,76 DESSAU) Djemila.

victo
MAE
PARTHI
CAE M
XIMAE
AVGGG

DDPP

Descripsit Dessau. Priores vide supra n. 8304. Toutain *mélanges d'archéol. et d'hist.* XI p. 427 n. 18, qui ineditam putavit.

1. 2 litterae quas inclinatas dedi, nuper perierunt. — 6 tertiam G, pertinentem ad Getam, agnovit Dessau (AVGCS Anonymus Gerhardi, AVGG S Pignale, quod repetiverunt Renier et Wilmanns, AVGG Delamare, AVG S Ravoisié). Extant nummi Severi et Caracallae inscripti *Victoria Parthica maxima* (Eckhel 7, 180. 202). — Toutain sic exhibet: . . . M | PARTHICAE M | ET MATI | AVGG | D D P P.

20150 litteris altis v. 2—4 cm. 7½, v. 5 9½, v. 6 6½. Djemila in muro domus.

*iunct*VM
BREVCVS SI
ATR ESIBA
IOIQ FEC
VIOVAT
AIOII

Descripsit Dessau, adnotans praeter alterum O in v. 4 litteras omnes certas esse.

3 fortasse legendum *e s(ua) p(ecunia)*, 5 [*re*]*novatu*[*m*], 6 [*Iunio Don*]*ato II* (a. 260).

20151 (= Eph. VII n. 455) in lapide calc. fracto m. 0,36, lato 0,57, crasso 0,38; Cuicul ad arcum triumphalem PURG. (Mense Nov. 1887 iam non invenit DESSAU).

PRO SA*lute* AVG*gg*
DDD NNN
Q · LVCILIVS CRE*sce*ns
ET Q LVCILIVS IELVSIVS
SACERDOTES VISV AD
MONITI ARAM DE SVO
FECERVNT DEDICAVE
RVNTQVE ·

Descripsit Purgold. Lasteyrie *bull. du comité* 1887 p. 311; Poulle *rec. de Const.* XXIV p. 183.

4 fin. [*P*]*elusius*.

20152 (= Eph. V n. 1296) in tabula alta m. 1,20, lata 0,80; rep. Djemila.

M · AVRELIO
CAES IMP CAES
T · AEL · HADRIAN
ANTONINI AVG
PII · P · P · FIL · TRIB · POT a. 147
COS II EX TESTA
MENTO M · POM
PEI · M · FIL · QVIR · VE
TERIS FLAVIANI
AVG · L · POMPEIVS
M · FIL · QVIR · NOVEL
LVS · AED · II VIR · AVG · MAX
AVG · BIS FRATER
ADIECTO PODIS
MO POSVIT ET LV
DIS EDITIS DEDI
CAVIT

V. et I. Reboud *rec. de Const.* XX a. 1881 p. 208 n. 191.

7. 10 fratres M. Pompeius Vetus Flavianus et L. Pompeius Novellus videntur fuisse filii M. Pompeii Veteris et Flaviae Novellae supra n. 8341. — 10 *aug(ur)*, item 12 *aug(ur) max(imus)*. [Cum inventum sit in titulo Cirtensi n. 7103 *auguri* . . . . *ugurum VII*, fortasse in eo supplendum est *auguri*, [*maximo a*]*ugurum* (*septies*), in hoc legendum *aug(ur)*, *max(imus) aug(urum) bis*. TH. M.]. — 14 seq. podismi vocabulum videtur positum pro *pedatura* (cf. Wilm. exempl. 287 = VI 10235), et significari aream circum monumentum una dedicatam.

20153 (= 10894 cf. Eph. VII n. 796) Djemila, nunc in mappali quodam pro ponte.

IMP *Caes* M AVRELIO ANTONINO
PIO FELICI · AVG · TRIB · POT · VII · COS · II · FILIO
IMP · CAES · L · SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS · AVG
ARAB · ADIAB · PARTH · MAX · PONT · MAX PARTHI
CI MAXIMI · BRITTANICI · MAXIMI PAT PATRI SE
VERI AVGVSTI FILI · NEPOTI DIVI MARCI ANTONI
NI · PII · GERMANICI · SARMATICI · PRONEPOTI DIVI
ANTONINI · PII · ABNEPOTI · DIVI HADRIANI · ADNEPO
TI DIVI TRAIANI · PARTHICI · ET DIVI NERVAE
CVICVLITANI

Descripsit Dessau. Heymann apud Poullium *rec. de Const.* 1878 p. 490 (inde supra l. c.).

2 consul iterum Caracalla fuit a. 205; pro TRIB · POT · VII expectaveris TRIB · POT · VIII. — 4—6 quae lineis circumclusi, scripta sunt in spatio depresso, intrusa nimirum in locum verborum erasorum, quae fuisse putanda sunt haec:

FRATRI
L · SEPTIMI · GETAE · NOBILISSIMI · CAESARIS · SE
VERI

20154 (= Eph. VII n. 456) Djemila *sur plusieurs fragments d'une grande dalle en calcaire jaunâtre, épars le long d'un sentier au-dessous du théâtre*; litteris m. 0,01 [potius m. 0,1]. Frustra quaesivit Purgold.

. . . . . . *nat*O*nino pio*
FELICI AVG *arab. adiab.*
PARTHICO MAX *brit. max.*
GERMAN MAX *pont. max.*
TRIB POT*est. xvII imp.*
P P · COS · IIII PROCOS ·
PATRI *patriae* . . . . . .
. . . .
RESP CVICVL · CES · . . .

V. Reboud *rec. de Const.* XX (a. 1881) p. 211 n. 193.

6 pro PP fortasse scribendum II, ut titulus positus sit a. 213, quo Caracalla consul quartum processit, antequam *imperator III* appellari coeptus sit.

20155 Djemila.

I M P C A E S
P L I C I N I O
V A L E R I A N O
I N V I C T O P I O
F E L I C I A V G
P O N T I F M A X
G E R M A N M A X
T R I B P O T IIII
P P COS IIII PROCoS
P A T R I D N GaL
L I E N I A V G V S T I
RESP CVICVL DEVOT
NVMINI MAIESTATI*q. eor*

Ad ectypum photographicum missum a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 303 n. 3.

2 seq. nota Valeriani et Gallieni nomina erasa. — 9 consul quartum processit Valerianus anno 257, quo dici debuit *trib. pot. V*.

20156 (= Eph. VII n. 457 + 797 cf. 458) lapis calcareus altus m. 1,0, latus 1,02, crassus 0,27 PURGOLD de parte intuenti sinistra; litteras partis sinistrae altas cm. 7 esse ait LASTEYRIE, partis dextrae cm. 7½ PURGOLD. Cuicul ad arcum triumphalem (rep. fossionibus quas instituit Duthoit LAST. de parte sinistra).

PRO BEATITVDINE *temporum*
DD · N · N · P · VALENTI*niani et valen*
TIS SEMPER · AVGVS*torum basili*
CAM VESTIARIAM D. . . . . *er*
TRVXIT DEDICAVIT *Que publilius*
CAEIONIVS CAECINA AL*binus v. c.*
CONSVLARIS · SEX FASC*alis* PROVIN
CIAE NVMIDIAE CVRANTE AC PROPRI
O SVMPTV PERFICIENTE RVTILIO SATVR
NINO · V · C

Partem intuenti sinistram descripsit Purgold, unde est Eph. VII n. 457; ad ectypum missum a Duthoit eandem ed. Lasteyrie *bull. du comité* 1887 p. 311, descriptam a Milvoy Poulle *rec. de Const.* XXIV p. 188. Frustulorum partis intuenti dextrae minus (vv. 7—10) descripsit Purgold (unde Eph. l. c. n. 458 et *rec. de Const.* XXIV p. 189), recognovit et frustulum minus (vv. 5—7) adiecit Dessau. — Frustula duo partis intuenti dextrae in re praesenti coniunxit Dessau; supereste ex eadem inscriptione ex qua partem intuenti sinistram idem nuper coniecit.

3 seq. *basilicam vestiariam* intellego negotiatoribus vestiariis maxime destinatam. [Potest conferri *basilica vestiaria* (sic ex codicibus certe unus; vulgo *basilica vestilia*) memorata in Notitia urbis Romae (Iordan *Topographie d. Stadt Rom* II p. 568) TH. M.]. — 6 AL, quod excepit Dessau, non magis ad AD ducit, ut edideramus Eph. VII n. 797, quam ad AL. De Publilio Caeionio Caecina cf. C. p. 1064. — 9 idem Rutilius Saturninus vir clarissimus aliquanto postea, scilicet Gratiano iam in imperium adsumpto et regente Numidiam Flavio Sulpicio, teste titulo supra n. 8324 pro editione muneris debiti basilicam aliquam diversam ut puto ab hac vestiaria faciendam exaedificandamque curavit.

20157 (= 10896) litteris v. 1 c. 7, v. 2. 3. 4 c. 6. Cuicul rep. ad theatrum.

PRO BEATITVD*ine temporum*
DDD NNN · VALE*ntiniani valentis*
ADQ · GRATIANI · *semper augusto*
RVM · TOTO ORBE

Contuli ad ectypum a Poullio subministratum. Ad idem ectypum, acceptum a Dufour, ed. Poulle *rec. de Const.* XIX (1878) p. 393. — Similis est n. 8324.

20158 (= 10897) in lapide alto m. 0,46, lato m. 0,95, litteris c. 6½. Cuicul rep. cum n. 20122.

. . . *injuncti* . . .
cONSVLARIS · SEX · FASCAL*is*
prov. numidiae . . . ANTINAE ORDINIS SVMP
tibus . . . . *f*ACTAM DEDICAVIT

Descripsit Purgold. Poulle *rec. de Const.* 1878 p. 393.

Eiusdem lapidis fragmenta esse hoc et id quod praecedit coniecit Poulle.

20159 fragmentum epistylii litteris optimis, altis cm. 15. Djemila.

DEDICA

Descripsit Dessau.

20160 fragmentum magni lapidis crassi m. 0,37, litteris cm. 27, Djemila in ruderibus castelli Byzantii.

FIN

Descripsit Purgold.

20161 (= Eph. VII n. 800) in cippo qui extat prope Djemila mille circiter passibus a coloniae ruderibus occidentem versus; eodem loco extant n. 20165 seq.

D M S
T FLAVIVS
CASTVS SACER
DOS V A
XXXV H S E

Descripsit Dessau.

20162 Djemila, cupula.

MEMORIAE
L · TVRPILI VICTORINI M
RIANI EQ R ADVOCATI OM
NIVM LITTERARVM ET VIRTV
TVM VIRI QVI FVIT IN REBVS
HVMANIS ANNIS XXXII CVM
MAGNA LAVDE ACTVS ET DS *sic*
CIPLINAE SVAE
AVDENTI

Ad ectypum photographicum missum a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 303 n. 4.

20163 Djemila, cupula.

D M S
L · TVRPILO VIC *sic*
TORINO EQ R
V · M · XX
...MRPILVS QV...
//////SSEVS PATRO
DIGNISSIMO

Ad ectypum photographicum missum a Flick descripsit Cagnat et edidit *bull. du comité* 1892 p. 303 n. 5.

20164 (= 10899 cf. Eph. V n. 930, VII n. 452) in lapide alto m. 0,79, effosso Djemila a Dufour *au pied d'un tombeau monumental situé à 150 mètres à l'est du théâtre.*

D · M · S · GARGILIOR PRAETORIANOR
C · GARGILIVS VICTOR · Q · AED · II VIR · SIBI · ET ·
AVRELIAE · VICTORIAE CYRILLAE · SVAE · QVAE · V · A XXVII · ET ·
SEMPRONIAE · ROGATAE MATRI · PIISS · QVAE · V · A · L · ET ·
L · GARGILIO · VICTORI PATRI · RARISS · QVI · V · A · LV · ET
L · GARGILIO · PRAETORIANO · FRAT · IVRIS · PERITO · TVNC · ADVOC · REIP
OMNIB · HONORIB · FVNCTO · QVI · V · A · XL · FECIT
DEDICANTIB · GARGILIIS · VICTORIA · ET · EXTRICATA · FILIIS · SVIS
PRAETORIANIS ITEM M IVL · VICTORI · FIL · GARGILIAE
ROGATAE · SORORIS · GARGILIORVM · S · S · Q · V · A · XXI

d. m. s. Gargilior(um) Praetorianor(um). C. Gargilius Victor q(uaestor), aed(ilis), II vir, sibi et Aureliae Victoriae Cyrillae suae quae v(ixit) a(nnos) XXVII, et Semproniae Rogatae matri piis(simae) quae v(ixit) a(nnos) L, et L. Gargilio Victori patri raris(simo), qui v(ixit) a(nnis) LV, et L. Gargilio Praetoriano frat(ri), iuris perito, tunc advoc(ato) reip(ublicae), omnib(us) honorib(us) functo, qui v(ixit) a(nnis) XL, fecit, dedicantib(us) Gargiliis Victoria et Extricata filiis suis Praetorianis; item M. Iul(io) Victori fil(io) Gargiliae Rogatae, sororis Gargiliorum s(upra) s(criptorum), q(ui) v(ixit) a(nnos) XXI.

Partem intuenti sinistram recognovit Purgold, partem intuenti dextram contuli ipse ad ectypum subministratum a Poullio. Dufour apud Poullium *rec. de Const.* 1878 p. 397 (inde supra n. 10899).

9 litterae ITEM·M IVL·VIC in litura repositae sunt.

Stemma videtur fuisse hoc:

L. Gargilius Victor ‿ Sempronia Rogata

L. Gargilius Praetorianus | C. Gargilius Victor ‿ Aurelia Victoria Cyrilla | ... ‿ Gargilia Rogata

Gargilia Victoria Praetoriana | Gargilia Extricata Praetoriana | M. Iulius Victor

20165 cupula, prope Djemila, ibi ubi n. 20161.

D M S
ARRVNTIVS MARCIAM V A LV
PROC RVTILIA PROBATVLA
CONIVX AMANTISSIMA

Descripsit Dessau.

20166 cippus, prope Djemila, ibi ubi n. 20161. 20165.

d M · S
ANTO
..VS RO
.ATVS
V · A · LXXV

Descripsit Dessau.

20167 cippus, Djemila.

D M S
GARGILIA
CATTVLA *p*
VIXIT · A · ////
H · S · E

Ad ectypum photographicum missum a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 303 n. 7.

20168 cupula, prope Djemila, ubi n. 20165.

D M S
CAELIAE PRIMOSAE CONIVGI
CARISSIME V A XXIII //// //VS ///
FECIT

Descripsit Dessau.

20169 cupula, prope Djemila, ibi ubi n. 20165.

D M S
CATILLIV. ///
VERVS CA/////
//S CORICV//S V A XX
/. ////VS //TINA

Descripsit Dessau.

Lapis passim hiat.

20170 Djemila, litteris pessimis.

DIS · M ·
L COELIV.
L P O MO
DESTVS
V A LXXV
H S EST

Ad ectypum photographicum missum ab Flick excepit Cagnat et edidit *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 8.

3 pro O scribendum esse Q monuit Cagnat.

20171 cippus, Djemila.

D · M · S
GARGILIA

Ad ectypum photographicum missum a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 303 n. 6.

20172 cupula, prope Djemila ubi n. 20165.

D M S
ELVIVS MAR.
POSVIT · EI MAR.
EIL · VIX AN II DIE LIIII *sic*

Descripsit Dessau.

20173 *un peu à l'est de Djemila, sur la rive droite de l'Oued-Bethou.*

D M
OSTILIAE OPTATAE
VIXIT ANNIS XXXXI
H S E

Ad ectypum photographicum missum a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 305 n. 17.

20174 cippus prope Djemila.

D M S
I·NAMPAMIN
F FAGVSTAN
//VIV// vacat

Descripsit Dessau.

20174a lapis longus, Djemila ad introitum vici hodierni in terra infixus.

litterae plane evanidae
BO///O//VM LVCILLA*
//IS TIV NOBIS////
litterae plane evanidae

Descripsit Dessau quae legere potuit.

20175 cippus prope Djemila ibi ubi n. 20165.

D M S
MAGIA FOR
TVNATA
V·A XXXX

Descripsit Dessau.

20176 (= 10893) basis parva sex laterum, Djemila.

D · M   H·S·E
S A C   M E N
M E M   S I B
M I A / I I I
A S C   H·C·F
L E P I
A S · V
I X I I
A N
N I S

Descripsit Dessau. Dedimus iam supra l. c., sed semiplenam.

20177 cupula prope Djemila, ibi ubi n. 20165.

D M S
. . . . . .
SE. . .   D X
MINTHONIA SA
TVRA·V A LXXVIII
M D·X

Descripsit Dessau.
6 fortasse *m. l d.* X.

20178 cippus prope Djemila, ibi ubi n. 20165.

ascia   V A
ascia   XX
A TERENTIVS DONATVs
ascia
ascia
CAECILIAE FORTVna
TAE ET·A·TERENTIVs
FVLVS V A LXX

Descripsit Dessau.

20179 prope Djemila, ibi ubi n. 20173.

////////////DI
V·A·XXIII
H S E

Missam a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 305 n. 18.

LXV. (LXII). A Cuicul septentriones versus p. 713. 969.

n. 8349—8351. 8352 (p. 969).

Exhibuimus hoc capite etiam inscriptiones repertas in regione cuius caput aliquando fuit Bordj-bu-Akkas, hodie est Fedj-Mzala; nisi quod titulos repertos trans rivum modo Wed-Endja modo Wed el Kebir appellatum Mauretaniae reliquimus.

20180 (= Eph. V n. 929) Fedj-Mzala.

SATVRNO
AVG
PHILIPPVS V·S

Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 147 n. 37.

20181 Fedj-Mzala in castro (*bordj*) in pavimento introitus.

D   M
Q CAECILIVs
IANVS ET IV
FRATRES CAR
FATVERVNT

Descripsit Dessau.
3 prima littera aut C fuit aut S.

20182 (= 8383) Fedj-Mzala.

D M S
OPSTORIAE
MAVRAE PI
SSIM P NATA
//SXI MEN·V II
///DIADVMENVs
et FELICITAS Piss
///ISSIME

Poulle *rec. de Const.* 1876/77 p. 528, cui dedit Dufour.
6. 7 in fine mutilos esse non adnotatur.

20183 (= 8384) Fedj-Mzala in horto administratoris.

Dessau:
mulier sic
. . .
D M S
S. . . CVRVS

Dufour:
D M S
///////CVRVS
///VSIt////H·S·EST
equus

Descripsit Dessau (a. 1887). Poulle *rec. de Const.* XVIII (1876/77) p. 527, cui dedit Dufour.

20184 est Fedj-Mzala, nescitur ubi rep.

duae personae . . .
CAECILIVS SAL . . .
ET CAECILIA V...

V. Reboud *rec. de Const.* XX (1879/80) p. 203.

20185 (= 8385) rep. Ain Kerschba, prope Fedj-Mzala.

D M S
VOLVSENNA
FARINVS
VIXIT ANNIS LV
ZOSTALVS//I//ME
CIAE////PATRI
//////POSVERVNT

Poulle *rec. de Const.* 1876/77 p. 528, cui dedit Dufour.
3 FARINVS traditur.

20186 rep. *'chez les Beni Oukden'*. — Eodem loco prodiit etiam titulus litteris tam Libycis quam Punicis exaratus, cuius imaginem delineavit Mélix *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. LXX.

supra crescens
D·M
CLAVDIA
FRAIDOC
VIXIT
5 AN CXV

Descriptam a de Behagle misit Papier nobis et edidit *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. LXVII n. 3.

2 CLAVDFA de Behagle. — 3 cognomen male exceptum.

20187 Aïn-Hammam (*au nord de Fedj-Mzala*), *à 100 m. de la source sulfureuse.*

D · M · S
L · LVRIVS
FELIX · VI
XIT · ANN
5 IS LXXXX

Missam a Lebreton ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 487 n. 4.

20188 ibi ubi n. 20187.

D M
LVRIA
SALVIA
V · XXI

Missam a Lebreton ed. Cagnat l. c.

20189 rep. *Oued-Ferdjioua non loin du Bordj Bou-Akkas.*

D · M · S
Q · HELVI ·
SVAVIS ·
V · A · NS ·
5 LXXI · HIC S
P · F · C

Ad ectypum photographicum missum ab Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 9.

20189*a* Mechta-Gassas.

D M
TERT/// AIX
A C/// VI

Descriptam a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 10.

20190 rep. *dans le douar Bourrsa, à trois kilomètres nord-ouest du bordj Bou-Akkas* (*Mechta-Souala*), *sur la rive gauche de l'Oued Bou-Salah* DE BEHAGLE; *Mechta-Souala* CAGNAT.

protome
D M
CVRIATIA·CAS
SIA · QVAE · ET · FELI
CITAS · A· XXXII
5 M VI D V·Q LAEL
VS·NABVC B·M
H · S

Descriptam a de Behagle misit nobis Papier ediditque *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. LXVIII; ad ectypum photographicum missum a Flick excepit Cagnat et edid. *bull. du comité* 1892 p. 305 n. 23.

2 CVRIA TIA editum est *comptes-rendus*. — 3 VA XXXIII de Behagle. — 5. 6 M VI DI OLAEL]VS NNAV CB·M de Behagle ms. — 6 *Nabu(?) c(oniugi) b(ene) m(erenti).*

20191 ib. ubi ea quae praecedit.

I MEN X
FIL · KARIS ·

Descriptam a de Behagle misit Papier et ed. *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. LXVIII; ad ectypum photographicum missum a Flick excepit Cagnat ediditque *bull. du comité* 1892 p. 305 n. 25.

20192 Aïn-Rarba.

D M S
ATILIA
RVSTICA·
VIXIT
5 ANOS
LXXXII

Descriptam a Rose ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 305 n. 24.

20193 *sur un autel portant un bas-relief au-dessus de l'inscription. Akdaïn, dans le Ferdjoua.*

D M SAC
NAMPVLVS ET VRBANA
CALVVS ET CRESCENS
PARENTES V·S·L·A·

Descriptam a Karth ed. Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX (a. 1881) p. 29.

Titulum votivum esse ostendit v. 4 V·S·L·A; unde v. 1 D M SAC vix recte exceptum.

20194 rep. *à Mechta-Kiber* (*douar Bou-Ferdjoua*)

M · TERENT ///
////// NE////

Missam a Benoit ed. Papier *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. XLVI.

20195 *au lieu dit Oulad-Zorar* FLICK (eodem loco quo repertus est titulus supra n. 8351 CAGNAT).

D M S
TI CLAVDIVS
GALIANVS IV
NIOR V A XXX
5 H S E

Missam a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 15.

20196 *Oulad-Zorar.*

D M S
FL · VER
ANA · V
AN LX

Missam a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 13.

20197 *Oulad-Zorar.*

D M S
IVLIÆ MVRI···
MATRI KARISSI
ME SALLVSTI FILI
ET HEREDES SEP
5 VLCRVM QVOD
EX ESTAMEÑO FIE
IVSSIT CVANTIBVS
CRESCENTE IA
NVARIO · V · A · ····

Ad ectypum et imaginem photographicam a Flick missa excepit Cagnat et ed. *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 16.

6 'scr. ESTAMEÑO FIERI' Cagnat.

20198 *Oulad-Zorar.*

D M S
Q · F AP
RILIS
VIX A LXX

Missam a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 14.

20199 *Oulad-Zorar.*

D M S
L TVNNE
VS V A LV

Missam a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 12.

20200 *Oulad-Zorar.*

D M T

Missam a Flick ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 304 n. 11.

20201 rep. *à la Mechta-Oued-Tag, à sept ou huit kil. du confluent de l'Oued el-Kebir et de l'Oued Djendu, au milieu de ruines couvrant une superficie d'une dizaine d'hectares.*

D M
ICILI
CTRI A
VIXIT
NIS XXV
H S

Missam a de Behagle ed. Papier *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. LXVIII.
2. 3 [*Cae*]*cil*[*a Ex*]*tri*[*c*]*a*[*ta*] Papier, fortasse recte.

20202 rep. *à la Mechta-Tiouerma, à dix ou douze kilomètres du confluent de l'oued el-Kebir et de l'oued Djendu, dans le mur d'un enclos.*

CET
DEMVSO
SAVEN
VMI
ODA
IW
AVCL
VCC
VT
AVDI
FC

Descriptam a de Behagle misit Papier et edidit *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. LXVII.
[*I. o. m.*] . . . *cet*[*erisq. dis*] *deabus*[*q.*] recte explicavit Papier.

LXVI (LXIII). Incerta Numidiae p. 714. 969.

n. 8353 (v. infra n. 20203). 8354 (= 19211). 8355 (= 20120). 8356 (= 20121). 8357 (= 20122). 8358—8360 (rudera aetatis Romanae appellata *Seguia er Roum* indicavit Goyt in tabula *rec. de Const.* XX *tab.* I. Sita sunt inter Constantinam et Arsacal, ab hac 12 fere chiliometris distantia). 8361—8364. 8365 (= 6721). 8366 (= 6720). 8366*a* (= 6847).

20203 ad n. 8353. Habet Cherbonneau etiam in schedis Renieranis X, 19 cf. XI, 4 exhibens v. 2 ARLIANVLIA, v. 3. 4 AV|NA V A · CI, v. 5 SO H SA S. Locus, ubi Cherbonneau inscriptionem vidit, fuit, ut apparet ex schedis Renieri l. c., a Constantina septentrionem versus, prope Beregli

20204 cippus a dextra fractus. Ibi ubi n. 8353 (cf. n. 20203).

D M
C N V I///
NIV//
CEIV
CVS ·
A · LX

Cherbonneau misit Reniero (sched. X, 19), unde ed. Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 170 n. 761.

20205 *pierre encastrée dans le Bordj de Si Hassen, à Djerr el Hamzaoui* CHERB. [Sero vidimus ex tabula geographica maximi moduli nuper edita (*carte de 1:50000*), *la Mechta Djar el Hamazaoue* sitam esse 6½ chil. a Ruffach meridiem versus].

D M
GARGILIA
SATVLLA
V A LII
H S E
H T B Q

Cherbonneau misit Reniero (sched. VIII, 10), unde ed. Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 169 n. 757.

20206 sine loco.

D · M · S AVLA
PAOAVICE//IV
MI///
PIVS VIXII
/ / / / /

Nescio quis delineavit in scheda Renieri n. 5664

Berolini, typis fratrum Unger.

CORPVS

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CONSILIO ET AVCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARVM REGIAE BORVSSICAE

EDITVM

VOLVMINIS OCTAVI SVPPLEMENTVM

PARS III

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMIV

INSCRIPTIONVM MAVRETANIAE LATINARVM MILIARIORVM ET INSTRVMENTI DOMESTICI IN PROVINCIIS AFRICANIS REPERTORVM

SVPPLEMENTVM

EDIDERVNT

IOHANNES SCHMIDT (†)

RENATVS CAGNAT HERMANNVS DESSAV

BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM

MCMIV

PARS QVINTA.

PROVINCIA MAVRETANIA SITIFENSIS.

I. *Henschir el-Abiod.*

Nomen civitatis antiquum — nam civitatem, quae decuriones habuerit, fuisse apparet ex n. 20208 — ignoratur. Hoc certum est, fuisse eam provinciae Mauretaniae, sitam scilicet in ripa occidentali fluminis Ampsagae quod (non a capite, sed inde a confluentibus fluviorum hodie *Rumel* et *Wed-Endja* dictorum, ubi iam dicitur *Wed el-Kebir*) Mauretaniam et Numidiam dividebat (de triumviri vocabulo, quod legitur n. 20209, cf. ad hunc ipsum titulum). — Tuccam ibi fuisse, oppidum Mauretaniae, memoratum a Plinio h. n. 5, 2, 21, item in tabula Peutingerana et ab eius adsecla Anonymo Ravennate 3, 7, coniecit Reboud *rec. de Const.* XX p. 45 (usus titulo n. 20207, ubi vide), non recte, id oppidum enim fuit, ut diserte testatur Plinius[1]), indicatque etiam Anonymus Ravennas[2]) maritimum, situm ad ostium fluminis Ampsagae (apud Ptolemaeum 4, 2, 28 aut error subest, aut alia Tucca significatur).

20207 (= Eph. V n. 909, VII n. 794) litteris pulcherrimis primi fortasse saeculi m. 0,075, Hr. el-Abiod (qui locus est a sinistra fluminis Wed el-Kebir, circiter XX chil. a Milah septentriones versus) *au pied du col* NNO. Additur: *Cette terrasse ou col est une excellente position militaire pour la défense de l'Oued-el-Kebir. La ville devait couvrir la colline de Zouagha qui domine le barrage.*

APOLLI
NI • AVG
G • M • T

Descripsit Dessau (a. 1887). Acceptam a Sergent ed. Reboud *rec. de Const.* XX (a. 1881) p. 47.

3 *G(enio m(unicipi) T(uccensis)* legit Reboud; sed videtur potius significari nomen dedicantis.

20208 (= Eph. V n. 910) Hr. el-Abiod, *sur le versant méridional du col, à quelques pas du sentier.*

IVLIAE AVG
MATRI
CASTRORVM
ET
AVGVSTI
D D

Acceptam a Sergent edid. Reboud *rec. de Const.* XX (1881) p. 45.

20209 (= Eph. ep. V n. 911) Hr. el-Abiod, centum circiter metris sub n. 20208.

C • IVLIO *papi*
RIA SODALI
III VIR QVAEST
II VIR FLAM P • P
M • IVLIVS SODA
LIS ET L • IVLIVS
CRESCENS
AVO MERENTI

Acceptam a Sergent ed. Reboud *rec. de Const.* XX (1881) p. 47 n. 78.

3 *III viri* vocabulum, si recte exceptum est, videtur Sodalis in quattuor coloniis Cirtensibus honoribus functus esse. Sed noli inde colligere, Henschir el-Abiod fuisse intra territorium Cirtensium; paenesertim cum duoviri munus, quod memoratur v. 4, etiam in alia civitate honoribus illum functum esse indicet.

20210 *à la mechta de Chercheri, dans le Zouagha.* Videtur locus non multum abesse ab Henschir el-Abiod occidentem versus.

. . . .
. . . .
CONDVCTOR
V • A • XLVII
H • S • E

Reboud *rec. de Const.* XX p. 200.

[1]) Tucca non solum recensetur a Plinio inter oppida orae Mauretaniae sed additur *oppidum impositum mari et flumini Ampsagae*; deinde pergit *intus colonia Augusta* cet.

[2]) *Civitas Tucca .... iuxta mare magnum.* — Quod in tabula Peutingerana Tuccae vocabulum non ad ipsam oram maritimam adscriptum est, id parvi momenti est. Cf. Cat *la Maurétanie Césarienne* p. 81 seq. (rectius quam Tissot *géographie de l'Afrique* II p. 27. 412, aliique).

II (I). IGILGILI (*Djidjelli*) p. 715.

n. 8367. 8368. 8369 (ad ectypa, quae extant inter Renierana ect. 12, 2. 4, missa a Mercier et a Berbrugger, contulit Cagnat; ex eisdem ectypis ipse Renier sched. n. 268). 8370 (v. infra n. 20211). 8371—8373.

20211 ad n. 8370. In scheda Renierana n. 1276 (inde repetivit Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 146 n. 590) Delamarius, sive quis alius fuit, exhibet sic:

ONS ANTIN VS AVGVS
VS · NO BILISSIM VS CAES
R · ORV T · NEC · ME MOR IA VETER
EAREB CIVITA
I ETV SVS STE
ETIAN E SSEN
REBVSP OMNIB VS · RESTITVTA
ARTEREP ONTIB VS CETERIS ETIA
ORANT P ATIS T · IN · INTEGRVM
EPERP ESERTAM EX PV
CTISSIM DEDICAVIT

Idem sine dubio exemplum quod habuit Berbrugger. — 1 scr. CONSTANTIVS, ut edidit Berbrugger.

20212 Djidjelli.

P c v · · ·
DACV GA
V C VT

Delamare ms. VII p. 245 n. 291 292.

20213 Djidjelli.

C · MARC...
ATIS · AF...
ODISI
ANNORVM
XCIX

Delamare ms. VII p. 244 n. 290.

III (II). CHOBA (*Ziama*) p. 716.

n. 8374 (ex duobus exemplis, quae secutus est Renier, alterum, quod fecit Belcour, missum a Cherbonneau, extat inter schedas Renieri VI, 30; discedit ab edito v. 1 ISEu, 2 ORISA, 7 ET DEDICAVERVNT, 8 OVI). 8375 (contulit Cagnat ectypum adservatum inter Renierana ect. 12,1. Descripta reperitur etiam in schedis Renieri VI 10 a Pelletier, VI 30 a Belcour, XXII, 1 a nescio quo). 8376 (ego quoque descripsi Algerii). 8377 (Belcour in schedis Renieri VI 30). 8378 (Belcour in schedis Renieri l. c. exhibet sic: I II·NI·DS PRAEDIS I).

20214 in marmore alto m. 0,70, lato 0,50, litt. 0,05; rep. Ziama.

D M S
M · NVMIS
NVNDANVS
V · AN VII

Herbert Scratchley (Philippeville) *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1889 p. XLIII.

IV. AQVA FRIGIDA (*Tala Aïzraren*).

20215 (= Eph. V n. 932) altus m. 0,48, latus 0,63; a loco maritimo qui appellatur Sidi Rehan, et est inter Chobam et Saldas, sex chiliometris introrsus, sed ascensu valde arduo, prope iugum montis quod appellatur Tizi Kafrida (— *col de Kafrida*), in confinio agrorum gentis Beni-Mahmed et gentis Beni-Ismaïl, 300 metris a summo iugo inter meridiem et occidentem versus, ad fontem dictum Tala Aïzraren.

IMPP CAESS · C · AVREL · VAL · DIOCLETIANO
ET · M · AVREL · VAL · MAXIMIANO · IN
VICTIS PIIS FF AVGG ET CONSTANTIO
ET MAXIMIANO NOBILISSI
MIS CAESARIBVS T · AVREL · LITVA
V P P P M · CAES · CENTENARIVM
AQVA FRIGIDA RESTITVIT AT
QVE AD MELIOREM FACIEM REFORMA
vit, *salutis dominis nostris multis annis* FELICITER

Exscripsi ex ectypo accepto a Poullio. Ad idem ectypum ed. Poulle, qui prius descriptam acceperat a Faure (*ingénieur de la Cie. des mines du Djebel Anini*), *rec. de Const.* XX (1881) p. 257.

5 seq. eiusdem T. Aureli Lituae memoriam propagant tituli n. 8124. 9041. 9324. — 6 seq. similiter paullo post hunc titulum dedicatum, Constantino et Licinio imperatoribus, *centenarium Solis* constructum et dedicatum est a praeside Mauretaniae (n. 8913); denique anno 328 centenarium aliquod in montibus Kabiliae a nescio quo magistratu dedicatum est (n. 9010). Praeterea *ad centenarium* mansiones vocabantur viarum, quae Tigisi Gadiaufalam, et quae Zarai Dianam ducebant, teste tabula Peutingerana. Centenarii vocabulo his locis significari crediderim genus aliquod castri vel burgi; cf. C. I. Gr. 8664: *ἀνανεώσαντο τὴν πόλιν . . . ., ἀναστήσαντες πύργον κεντηνάρ[ιν]*, qui titulus sane est aevi infimi. Aquae Frigidae vocabulum locus sine dubio traxit a fonte, qui extat. — 8 REFORMA..., 9 nihil praeter FELICITER vocabulum scriptum fuisse ait Poulle.

V (III). Ab Igilgili meridiem versus p. 717. 970.

n. 8379 (v. infra n. 20216). [8380 = 20218]. [8381 = 20220]. [8382 = 20222]. 8383—8385 (v. supra n. 20182. 20183. 20185). 8386. [8387 = 20235]. [8388 = 20236].

Regionem, ubi est Tassadan, fuisse provinciae Mauretaniae, de quo antea dubitaveramus, iam constat ex n. 20221.

20216 ad n. 8379. Inscriptionem lectu difficillimam nuper descripsit Lebreton et charta quoque expressit, unde ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 489 n. 15.

////| CE+ IN MONTI MVX PIGES////SAR OBECON/.|S/////// O.|.///C
////ERBVS ET REX GENTIS VCVTAMAN IR C//////////////////
CONTINENS OMNES ONES TOS GENTIS SVE OVOS////////////
ET SENIORES EGENTES PANE ET POST PONENTES OME //////////
NENTIAS ADVERSVS MEER CITVM LIBNO ERVIC//// SARRSIBA ////////
C///COSITC////FANTE VNS CVCHNSION NA/.|.//V//////C/////////
CESSIT NOVIO VICTORIA/////VS MOSVSCCONC'// CITV ////////
YVI OCVCET IN NIV////MEMAI9/.// CEPTINNARIO

(Praeterea etiam in schedis Renieri VII 28 extat delineatio tituli facta a D'Yanville, sed minime bona). — 1 in. 2 in. quaedam deesse iam constat. — 2 cum gente Ucutam(anorum?) Tissot (*géographie de l'Afrique* I p. 462) composuit vocabulum tribus Berbericae *Ketama*. Cat (*la Maurétanie Césarienne* p. 76) monuit apud Ptolemaeum 4,2,21 enumerari inter populos Mauretaniae Κοῖδαμουσίους.

20217 in cippo alto m. 0,70, lato 0,45; rep. Tassadan.

pictura
TVTR CIS T
VRNI VIC
NTIA ////
VSIA

Missum a Benoit ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. XLVI.

[N]utr[i]c[i] (deinde nomen dedicantis) v. s. [l.] a. Papier, recte ut videtur.

20218 (= 8380) fragmenta duo alta m. 0,45, litteris vv. 1. 2 cm. 9, v. 3 cm. 7, v. 4 cm. 6½. *En traçant la route qui doit mettre Gigeli* [Igilgili] *en communication avec le chef-lieu de la province orientale* (i. e. Constantina), *on a visité un village cabile appelé Tassadan* REV. AFR. I p. 64; *village de Tassadan, dans le Ferdjonah, encastrés dans le mur de la zaouia* RENIER.

a	b
*pro sal*VTE	*et victor*IA IMPE*ratorum*
*L. septimi severi pii per*TINA*cis et m.* AVRELI ANTO*nini augustorum*
REGIAN *aqua pub*LICO AB ISDEM *Domino*
SVA EX IN *deduct . antio a*

Ad ectypa, quae extant inter Renierana (sched. IX 3), contulit Cagnat. D'Almont apud Cherbonneau *ann. de Const.* 1854/5 p. 155; Breton apud eundem *ann. de Const.* 1858/59 p. 116; Breton Schoennagel tertiusque non nominatus apud Renierum n. 3196; *rev. Afr.* 1 (1856) p. 65 (communicavit *le colonel du génie*).

a 3 in. R, 3 fin. N, 4 S, b 1 in. A. 1 fin. E, denique b v. 4 totus, in ectypo non apparent (sic ut supra edidit Renier).

20219 in basi alta m. 1,20; rep. Tassadan.

PRO SALVTE
DOMINORVM
NOSTRORVM
reliqua legi non potuerunt

Missam a Benoit edidit Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. XLVII.

20220 (= 8381) Tassadan.

.OMINOR NOSTROR

D'Almont *ann. de Const.* 1854/55 p. 156; *rev. Afr.* I p. 65; Breton et Schoennagel apud Renierum n. 3198

MINORVM NOSTROR *Rev. Afr.*

Fortasse eadem quae praecedit.

20221 lapis altus m. 0,15, latus 0,50, litt. 0,035, Tassadan *dans le mur d'une maison*.

SELVALE
P·M·SIF·VNA CVM
BVS A SOLO C V

Descriptam a de Behagle ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. LXVI.

1 fortasse [*salvis dominis nostri*]*s* [*F*]*l. Val*[*entiniano*] . . . . — 2 [*p*(*raeses*)] *p*(*rovinciae*) *M*(*auretaniae*) *Si*[*t*]*if.*

20222 (= 8382) litteris cm. 4. Tassadan intus in mosea (*zaouia*).

FVTIA
MARCIOSA
V·A·XXX

Ectypum non satis bonum, quod missum a Breton extat inter Renierana, contulit Cagnat. Breton *rev. Afr.* 1 p. 65, *ann. de Const.* 1858/59 p. 134, apud Renierum n. 3499.

1 FVTIA *ann. de Const.*, idque confirmat Cagnat (certe primam litteram F potius fuisse quam I), IVLIA *rev. Afr.* et Renier. — 3 LXXX (pro XXX) *rev. Afr.*, Renier.

20223 in ara alta m. 1,10, lata 0,95, litt. 0,03; rep. Tassadan in hortis quibusdam.

D M S
MEVIA CRE
SCEN INA EX
PT VLIO SVO
B D MEREN
IN IARA SC
A XXIV

Descriptam a de Behagle ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. LXIX.

2 seq. fortasse *Mevia Crescen*[*t*]*ina ex p*[*ec*]*ulio suo.*

20224 in lapide alto m. 0,86, lato 0,32; rep. *au bas du ravin de Tassadan* (*douar Arb el-Oued*).

D M S
TERENTI
AE AVGus
TAE CON
IVGI KA
RISSIME
V A XXV

Missam a Benoit ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. XLVI.

20225 in lapide alto m. 0,42, lato 0,30, litt. 0,04; 4 chiliom. a Tassadan occidentem versus, in ripa sinistra fluvii Wed el-Kebir, *dans le douar Arb-el-Oued, encastrée dans le mur d'un jardin.*

RTALE EIRIT
RO

Descriptam a de Behagle ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. LXVI.

20226—20229 Ain-Safsaf (*au sud du col de Fdoulès, non loin de l'Oued-el-Kebir*).

20226

D · M · S
V · PARIS
FORTVVA
A · VXV

20227

D M S
† · CRANIV
S EMILIVS
V · A · LXXXV

20228

D · M · S
SABINI
A · MAI?
A · V · A C
XV

20229

D I S
M X E
I VIX a
XXV

Descriptas a Lebreton ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 488 n. 7—10.

20230 *Bou-Krissa, près de la route de Djijelli à Constantine après le col de Fdoulès, vers le 95 kilomètre en face du Mechta-Tessala.*

D M
CLINTV
SIIVANVS
VIX · ANEXX
MILIT ANI
XV
H S E

Descriptam a Lebreton edidit Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 488 n. 12.

20231 ibi ubi ea quae praecedit.

D M
// MARI
VREX
VAXX
IOTSQ

Descriptam a Lebreton ed. Cagnat l. c. n. 11.

20232 *au pied nord-ouest du Djebel-Srir, au-dessus des Mechtas-T'moula.*

D M S
IVLIV·
PATR
FORTV
NATVS
VA LXX
H S E

Descriptam a Lebreton ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 489 n. 13.

20233 ibi ubi ea quae praecedit.

D M
//////////
//////////
VIXITA
XXX

Descriptam a Lebreton ed Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 489 n. 14.

20234 *Col de Mecid* FLICK.

protome muliebris | protome virilis
d M | STAEM
ATIA | IIIVSFO
TESSI | RTVNAT
| VS · IX

Ad ectypum photographicum missum a Flick descripsit Cagnat et ed. *bull. du comité* 1892 p. 305 n. 19.

b 1. 2 *L.* vel *T. Aemilius.*

20235 (= 8387) rep. *sur la route de Sétif à Djidjeli, au lieu dit Arbahoun, à 6 kilomètres de l'Oued el-Kebir* MANGIAV.; Kherba-mta-el-Ksar FLICK.

luna crescens
D M S
FLAVIA
VICTO
RIA VIX
ANNIS

Mangiavacchi *rec. de Const.* 1873/74 p. 468 (inde supra l. c.). Descriptam a Flick et a Bouisson ed Cagnat. *bull. du comité* 1892 p. 306 n. 211.

1 DM Flick et Bouisson. — 5 XT A II Mang.

20236 (= 8388) lapis altus m. 0,40, latus m. 0,26, litteris c. 3½. El-Ksar, 22 circiter chiliometris ab Ain-Kebira. *El-Ksar est bâti à l'entrée d'une gorge étroite qui prend naissance aux versants sud-est du Djebel-Méimoun. Le village kabyle a été greffé sur une partie d'une ruine romaine d'environ six hectares sur la rive droite de l'Oued-Arbaouan. Elle s'étend le long d'un chemin qui vient de l'Oued-el-Kebir et remonte la vallée, et d'un autre chemin qui vient de l'ouest et qui était celui de Satafi* POULLE. — *El-Ksar, ruine peu considérable, à 23 kilomètres N.-E. d'Ain-Kebira* VIGNERAL *rev. Afr.* 7 p. 316.

D M S
Q MEA
SVLVS
V A
LXXD

Poulle *rec. de Const.* 1876/7 p. 606.

20237 *Kherba-mta-el-Ksar.*

d M
//////////
///// A · V · AN
LXVIII

Missam a Flick et Bouisson ed. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 305 n. 20.

VI (IV). SATAFIS (*Aïn-Kebira* sive *Périgotville*) p. 718. 970.

Nuper condito in ruderibus Aïn-Kebira*) vico Francogallico dicto Périgotville, prodierunt multo plures inscriptiones quam antea notae fuerant; harum duae (n. 20251. 20263) nomen loci antiquum, quod fuit Satafis, confirmaverunt. Adservari autem inscriptiones Satafenses plerasque tam antea notas quam nuper repertas Périgotville in horto officii curatoris pontium et viarum (*maison des ponts et chaussées*), collocatas ibi a Rigal curatore, rettulit Gsell, qui nuper (a. 1894) Aïn-Kebira profectus eas omnes accurate descripsit vel recognovit et nobiscum liberalissime communicavit, antequam ipse eas ederet in miscellaneis scholae Gallicae Romanae (*Mélanges d'arch. et d'hist. publiés par l'école française de Rome* XV 1895). — Non separavimus a Satafensibus n. 20245 repertam 6 chiliometris ab Aïn-Kebira, quamvis fieri possit ut eo loco fuerit alia res publica a Satafi diversa.

Ex Delaportii schedis enotavit Purgold.

20827 (= Eph. V 953 cf. VII 495) Ain bu Dib. (*'Aïn bou Dib est sur la route de 'Aïn Bessem à Bouira près de l'Ouâd el Ekhâl, à environ 8 kilomètres au Nord-Ouest de 'Aïn Bessem. Là se trouve la ruine d'un fortin ou d'un bourg que les colons nouvellement installés auront bientôt détruit* MASQVERAY p. 232). — Nunc Ain Bessem in horto Delaporte PVRGOLD.

I OP • MX
GENIIS • QVE DIIS
IMMORTALIBVS
...ORIISQ DD NN
INVICTOR M • AVR • VALS
V • E • P • P • MAVR • CAESARIE
VLP • CASEVS • DEC • ALAE
THRACVM • OB • BAR
BAROS • CESOS • AC
FVSOS • V • S • L • A •
...IDVS • AVG • A • P • CC a. p. Chr. 304
ET • XV

Recognovit Purgold et ectypum reportavit, antea iam nobis ectypum miserat de la Blanchère (inde Eph. l. c.). Ad ectypa missa a Delaporte ed. Masqueray *bull. de corr. afr.* 1882 p. 233 et in tab. adiuncta.

5 IIVICOR Purgold, in ectypo quod idem reportavit videmur nobis agnoscere NVICOR (ut T littera, postea scilicet addita, scariphata tantum fuerit); IVICOR Masqueray p. 237, IVLCOR eiusdem tabula.

20828 Ain bu Dib.

a	M S
... LE	PETRON
.... KE	I NAM H
PACAT	AMONIS
FILINX	VIXI NIS
PAIER	XLV •

Missam a Delaporte ed. Masqueray *bull. de corr. afric.* 1882 p. 234.

b 2—4 *Petroni Nam[p]hamonis.*

X (IX). RAPIDVM (*Sûr Djuâb*) p. 788.

Rapidum stationem viae Auzia Caesaream ducentis primam, XVI m. p. ab Auzia distantem (it Ant. p. 30), fuisse ibi ubi hodie est Sûr Djuab olim coniecit Berbrugger *revue afr.* 4 p. 47, confirmaverunt nuper tituli n. 20834 et 20835. Imperante M. Aurelio locus nondum videtur municipii formam habuisse, cum murum (eum ut videtur qui hodie quoque extat) extruxerint *veterani et pagani apud Rapidum consistentes* (n. 20834/5); at temporibus Diocletiani fuit *municipium Rapidense* (n. 20836). — Milliarius viae ab *Auzia Rapidu(m)* ducentis primus infra suo loco edetur (= Eph. V n. 1150).

n. 9195 (hic videtur titulus octo versuum altus m. 0,50, latus m. 1,10 quem vidit Choisnet extantem Sûr Djuab prope murum qui oppidum antiquum ab occidente ad orientem in duas partes dividit, a turri [*bastion*] quae prima est huius muri ab oriente L metris meridiem versus, sed quem legi non posse idem ait *bull. de corr. afr.* 1882 p. 210. Exemplum, quod fecit Chabassière, pessimum et imperfectum, Cherbonneau misit etiam Reniero [sched. n. 430], unde repetitum est *bull. du comité* 1887 p. 155 n. 675). [9196 = 20832]. 9197 (vidit etiam Purgold). 9198 (v. infra n. 20829). 9199 (manu ignota legitur in schedis Renieri XVIII 2. — 2 fin. VENERAND, 4 AIA NAMCED, 5 IIII pro ILLI). 9200. 9201. 9202 (v. infra n. 20830). 9203. 9204 (vidit Purgold). 9205 (viderunt etiam Purgold et nuper Gsell. Habet Fière in scheda Renierana n. 1836, unde ed. Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 155 n. 676. — 4 CONIVNX est in lapide). 9206 (vidit etiam Purgold, qui refert militem, qui supra titulum expressus est, sinistra manu gerere vittam vel simile quid; praeterea inscriptionis angulum inferiorem, qui est intuenti a sinistra, periisse. Praeterea legitur manu ignota in schedis Renieri XVIII 2). 9207. 9208 (vidit Purgold). 9209—9211. 9212 (v. infra n. 20830*a*). 9213. 9214 (manu ignota legitur in schedis Renieri XVIII 2). 9215. [9216 = 20839]. 9217. 9218. 9219 (contulit Purgold; 2 fin. XXVI, 4 fin. EIV////). 9220 (vidit etiam Purgold qui ait nomen collocatum esse in angulo spatii quod inscriptioni videtur fuisse destinatum. Legitur praeterea manu ignota in schedis Renieri XVIII 2, sic: IOPIMVS SC). 9221. 9222. 9223 (v. infra n. 20831). 9224—9226. 9226*a*.

20829 (= Eph. VII n. 496) ad n. 9198. Recognovit Purgold. 3 COH • II • SARDORVM (nihil periit ante II).

20830 ad n. 9202. Partem, quae sola superesse videtur, dextram nuper sic descripsit Lebreton:

MON
NATVS
H II SAR
TVLA
XXX

20830*a* ad n. 9212. Vidit Purgold, qui vv. 3. 4 excepit sic:

ANIX X VIAT
OLNA INTERFETV

4 fortasse fuit INFERET.

20831 ad n. 9223. Particulam invenit Purgold, quam sic descripsit:

.IESI
PETRONI
INA • VXOR • M
MENTVM • FECIT

20832 (= 9196) Sûr Djuab, *dans la paroi E. S. E. d'une des tours qui flanquent le côté ouest du rempart* BERBRVGGER.

protome dei barbati, cum modio in capite, et cornu copiae; a sinistra protome multo minor (muliebris certe).

G • P • A • S
CATERRIVS
MARINVS
• V • S • L • A • T • D •
V / / / / / / / /

Descripserunt Purgold et Gsell. Priores vide supra l. c. Legitur etiam manu ignota in schedis Renieri XVIII 2.

Plutonem et Cererem supra inscriptionem repraesentatos esse putat Gsell. — 2 ante CATERRIVS unam litteram periisse solus indicat Gsell. — 5 versus excisus, ita ut iam legi non possit; solam V litteram agnovit Gsell (ut iam antea de Caussade), nullam certam litteram extare ait Purgold.

20833 (= Eph. V n. 954) lapis altus m. 0,75, latus 1,55; prodiit mense Apr. 1883 effossionibus institutis a Choisnet Sûr Djuab ad oppidi antiqui portam orientalem. Ibi iacentem vidit etiam PVRGOLD.

IMP · CAES · DIVI · TRAIAN
sic PARTICHI · FIL · DIVI · NERVAE
NEPOS · TRAIANVS · HADRI
ANVS · AVG · PONTIF · MAX
TRIB · POT · VI · COS · III · PROCOS a. 122
FECIT ·

Contulit Purgold. Descriptam a Choisnet ed. Masqueray *comptes-rendus de l'acad. des inscr. et b.—l.* 1883 p. 197 = *bull. de corr. afr.* 1884 p. 68.

20834 (= Eph. V n. 955 cf. VII n. 497) in lapidibus, qui olim supra portam ex ordine positi fuisse putandi sunt, altis m. 0,75, crassis m. 0,33; prodierunt a. 1882 effossionibus institutis a Choisnet Sûr Djuâb ad oppidi antiqui portam occidentalem (ichnographiam eius portae dedit Choisnet l. c. p. 216).

IMP CAes augusto m. AVRELIO ant ANTONINO ARMENIACO PARTHICO MAXIMO MEDico tribuniciae poTES
a. 167 TATIS xxi(?) cOS III ET LVC io VERO ARMENIACO PARTHICO MAXIMO MEDICO Tr. pot.
sic XII COS III VETERANI ET PAGANI CONSISTENTES APVT RAPIDVM MVRVM A FVndamentis lapi
DE QVADRATO EXSTRVXERVNT PECVNIA ET SVMTV OMNI SVO ID EST VETERANORVm et paganorum
INFRA EVNDem EVNDEM MVRVM INHABITANTIVM ADIVVANTE ET CVRANTE VIRO egregio
varo(?) BAIO PVDENTE PROCVRATORE AVGVSTORVM OPTIMO praESIDE EOdemque dedicante

Recognovit Purgold. Missam a Choisnet ed. Masqueray, qui ipse ectypum vidit, *bull. de corr. afr.* 1882 p. 217 (inde Eph. V l. c.). Paucas litteras, quas non vidit Purgold, dedi inclinatas.

3 XII tam in hoc titulo quam in gemello n. 20835 exaratum est, manifesto errore (pro VII ut videtur, sed etiam VIII vel IX admitti potest). Ceterum et alia soloece in his titulis scripta sunt, Augustorum vocabulum initio positum, Veri praenomen perscriptum, gentilicium omissum; praeterea in n. 20834 v. 5 *eundem* bispositum, in n. 20835 *consistententes* exaratum pro *consistentes*. — 6 ex nomine gentilicio procuratoris dimidiatae tantum litterae extant, quas omissas in editionibus prioribus, primus Purgold excepit sic ⸗ ꟾ ꟾ O, nuper Lebreton sic AIO; Baium Pudentem, de quo vide infra ad n. 20961, agnovit Gsell.

20835 (= Eph. V n. 1302 cf. VII n. 498) in lapidibus quattuor, altis m. 0,80, latis m. 1,05, m. 0,70, m. 0,92, m. 0,92 (CHOISN.), crassis m. 0,55, qui olim supra portam stetisse putandi sunt, effossis a Choisnet a. 1883 Sûr Djuâb ad oppidi antiqui portam orientalem.

imp. caesaribVS AVGVSTIS · M · AVRElio antonino arMENIACO PARTAICO MAXIMO MEDICO TRIBVNICIAE
a. 167 potestatis xxi(?) cOS III · ET · LVCIO · VERO · Armeniaco parthiCO MAXIMO MEDICO TRIBVNICIAE POTESTATIS · XII · COS · III sic
veterani et PAGANI CONSISTENTENTES apud rapidum muRVM · A · FVNDAMENTIS · LAPIDE QVADRATO EXSTRVXERVNT
pecunia eT SVMTV OMNI SVO ID EST Veteranorum et pAGANORVM INTRA · EVNDEM MVRV INHAbITANTIVM ·
adiuvante ET CVRANTE · VIRO · EGREgio baio pudentE PROCVRATORE AVGVSTORVM OPTIMO PRAESIDE
eodemque deDICANTE ·

Recognovit Purgold. Missam a Choisnet ed. Masqueray *bull. de corr. afr.* 1884 p. 71 (inde Eph. ep. V. l. c.).
Est titulus gemellus eius qui praecedit.

20836 (= Eph. V n. 956) tabula lata m. 0,85, alta 0,42 in septemdecim particulas, cum reperta est, discissa, effossa a Choisnet Sûr-Djuâb ad oppidi antiqui portam occidentalem. — Frustra quaesivit PVRGOLD (a. 1886), cui narraverunt lapidem asportatum esse Algerium in praefecturam. Nunc Algerii in schola litterarum superiore.

felicissimis et bEATISSIMIS · TEMPORIBVS · SVIS ·
imp. caes. c. val. aur. DIOCLETIANVS · INVICTVS · PIVS · FEL · AVG · ET ·
imp. caes. m. aur. val. mAXIMIANVS INVICTVS · PIVS · FEL · AVG · ET ·
flavius val. constantiVS · ET · GALER · VAL · MAXIMIANVS ·
— — — NOBILISSIMI CAESS ·
MVNICIPIVM RAPIDENSE · ANTE · PLVRIMA · TEMPORA · REBELLIVM
INCVRSIONE CAPTVM · AC · DIRVTVM · AT · PRISTINVM · STATVM ·
A FVNDAMENTIS · RESTITVERVNT · CVRANTE
VLPIO · APOLLONIO · V · E · P · P · M · C · NVMINI · MAIESTATIQ · EOR · Devoto

Missam a Choisnet ed. Masqueray *bull. de corr. afr.* 1882 p. 218 n. 223, cum imagine optime ut videtur (ab incisore cui ipsum lapidem videre facultas fuit, cf. *bull. de corr. afr.* 1885 p. 158) facta in tab. adiecta II; ad imaginem photographicam missam a Masqueray Desjardins *comptes-rendus de l'acad.* 1883 p. 186 = *bull. critique* 1883 p. 240; vidit Gsell.

9 in. sic fuisse in lapide apparet ex imagine edita *bull. afr.* l. c. (idque nobis per litteras confirmaverunt olim de la Blanchère, nuper Gsell); minus recte APPIO legit vel interpretatus est Masq. l. c. p. 248.

20837 alta m. 0,50, lata m. 0,42. Sûr Djuab.

duae figurae stantes quarum pedes tantum supersunt

D · M · L ·
VIXIT
MILITA
SEVIVO F
SELVA

Descripsit Purgold.

20838 lata m. 0,50, litteris cm. 3. Sûr Djuab.

— — — ETIA
— S · V · A · LX
— — S · VITAL VA LXXX
— — PPON · ET · CAECIL
— VITAL · T · PARENTIB
B · MERT · FECERVNT

Descripsit Gsell. Ed. Cagnat *bull. du comité* 1894 p. 349 n. 33 descriptam a Lebreton.

20839 (= 9216) litteris cm. 4—5. Sûr Djuab.

DIS • MANIBVS •
SACRVM • P • MAR
CIVS • SATVRNINVS
P • VIXIT ANNIS VI
III M • MARCIA • P • VIXIT
ANNIS • VII

Descripsit Gsell. Berbrugger *revue afr.* 4 p. 57 (inde supra l. c.).
4. 5 VI|II Q • MARTIA Berbr.

20840 in fragmento cupolae. Sûr Djuab.

d M • S •
SENTIA LV
sic CESA VIXT
NNIS EM PER
CL • ROGATVM

Descripserunt Purgold et Gsell. Ed. Cagnat *bull. du comité* 1894 p. 350 n. 35 descriptam a Lebreton.
2. 3 sic Gsell, LV|CIOSA reliqui.

20841 litteris altis cm. 4. Sûr Djuab.

////////////
////////////
A • LX • SEQVI// //// ///A
TRI • ET • PATRI • ET • FRATRI • B •
sic MERERNIL • FECIT

Descripsit Gsell.

20842 fragmentum crassum m. 0,20. Sûr-Djuâb ibi ubi n. 20840.

I
M
M
DIA
AIM

Descripsit Purgold.

20843 cippus infra fractus Aïn-Tamda (inter Sûr-Djuâb et Berruagia, cf. n. 9226*a*), in ruderibus ecclesiae christianae.

D • M • S
G • ESNF M
AC • ERGV • M
...

Descripsit Gsell anno 1894 iter faciens una cum Lebreton.

20844 cupula, *Aïn Soui-Souifa à 5 kil. au sud de Sour-Djouab* GSELL, *Ghorfa de Sfisifa, au pied du Ras-Sfisifa* LEBRETON.

rosa infra corona	rosa infra corona
D M S	D M S
IVLIA VICTO	IVLIVS IAN
RIA VIXIT A	VARIVS VIX
NNIS IX	IT ANNIS XXX

Descripserunt a. 1894 Gsell et Lebreton; ab hoc acceptam ed. Cagnat *bull. du comité* 1894 p. 350.
b 2. 3 IAN|NARIVS Lebreton.

XI. *Grimidi.*

20845 (= Eph. VII n. 804) longa m. 1,35, lata (alta?) m. 0,78, crassa m. 0,20. Rep. mense Mai. 1886, *aux Ouled Sidi-Aïssa, dans une ruine appelée El-Grimidi* FIX. *Ruines de Grimidi, situées au nord d'Aïn-Tolba, dans le Djebel-Naja, tribu des Ouled-Sidi-Aïssa, à environ 35 kilomètres d'Aumale et sensiblement sur le même méridien* BOURGADE.

imp. caes. L. septimius severus pius PERTINAX AVG *arabic.*
*adiabenic. parthic. maximus pont. maxi*MVS TRIB POTEST • IMP . . *cos.*
. . . . *et imp. caes. m. aureliu*S ANTONINVS AVG *e*T
l. septimius geta caes. . . . . *mauret*ANIÆ CÆSARIENSIS
PER *o*CTAVIVM PVDENTEM
proc. aug. a CENSIBVS

Primus ed. Papier *comptes-rendus de l'Acad. d'Hipp.* 1887 p. 7 (inde Eph. l. c.) acceptam a Fix; deinde Bourgade, qui delineavit una cum Deschamps, *revue afr.* 32, 1888 tab. fig. 3 cf. p. 246, et in libro seorsum edito *notes pour servir à l'histoire de l'occupation française dans la région d'Aumale* (Alger. 1891) p. 6 tab. fig. 3. Idem exemplum videtur esse.

1 AVC Bourgade. — 3 fin. AVG • T Bourgade, AVGVSTVS Fix. — 5 PRO traditur. — C. Octavius Pudens Caesius Honoratus procurator trium Augustorum provinciae Mauretaniae a censibus notus est praeterea ex titulis Auziensi supra n. 9049 et Caesariensibus supra n. 9370, infra n. 20997. Fortasse titulus pertinuit ad viarum restitutionem, ut v. 4 seq. ita fere sint legendi: . . . . [*vias prov. Mauret*]*aniae Caesariensis* [*longa incuria corruptas restituerunt*].

XII (IX). *Tuta* p. 790.

n. 9227 (v. infra n. 20846).

20846 ad n. 9227. In schedis Renieranis (n. 1252. 1253) extant imagines photographicae duae, ex quibus exceperunt et ipse Renier (sched. n. 1251) et Cagnat (qui ed. *bull. du comité* 1887 p. 156 n. 679) in hunc modum:

IMP • CAEs L • SEPTIMI *us severus pius pertinax aug*
*a*RABICVS *a*DIABENIC*us parthicus maximus pont max*
*trib*VNICIAE POT // VI IMP . . *cos* . . *p p et* sic?
IMP • CAESAR • M *a*VRELi*us antoninus aug*
/ / / / / O P A
/// X // P H //////
//// V //////
/// C /////

5 nomen Getae excisum esse apparet. — Inscriptionem non videri fuisse in columna ait Cagnat.

XIII (X). VSINAZ (*Saneg*) p. 790.

n. 9228.

XIIII (XI). *Boghar* p. 790.

n. 9229—9232.

20847 Boghar.

IMP CAESAR L SEPTIMIVS SEVE
RVS PIVS *Pertinax aug. arabicus*
*a*DIABENICV*s parthic. maxim*VS
tr. *p*OT*est*ATIS·VI IM*p.* . . . . *et* a. 198 ?
*i*MP CAESAR M AVR*el*IVS . .
/ / / / / / / / / / / /
/ / / / RETAN / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / / / /

Berbrugger in scheda Renierana n. 1255 (inde Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 155 n. 677).

1 decsse litteram inter CAESAR et SEPTIMIVS non indicatur. — 3 . . DSABENICV . . traditur (fortasse recte). — 4 · · CH . . . ATIS·VTIM . . . . . traditur.

XV (XII). *Beruagia* p. 791.

n. 9233—9238.

20848 Beruagia.

IOVI OPTIM*o* MX
ET DE*o* SILVNO
TAIIVS ZABIDVS
NEXIILVM
FECIT DD

Berbrugger in scheda Renierana n. 1247 (inde Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 156 n. 678).

2 scr. DEO SATVRNO (vel SILVANO). — 3 scr. T·AELIVS ZABIDVS; idem homo memoratur n. 9235.

XVI (XIII). *Medea. Lodi* p. 792.

n. 9239. 9240 (eadem quae Wilmanns, ego quoque vidi Algerii in museo). 9241. 9242 (a nescio quo acceptam habet De Lhôtellerie in schedis Renieri V 46. 52. — 3 ⊂I⊂ *n*. — Exemplum non videtur diversum ab edito). 9243. 9244 (manu ignota legitur in schedis Renieri XVIII 2. — 3 fin. H S · I)). 9245 (err. typ. 9246).

XVII (XIV). RVSGVNIAE (*Temendfust* sive *Cap Matifu*) p. 792. 974.

n. 9246 (p. 974). 9247. 9248 (v. infra n. 20849). 9249 (p. 974). 9250 (quaesivi, sed non inveni). 9251 (v. infra n. 20850). 9252. 9253. 9254 (v. infra n. 20851). 9255.

20849 ad n. 9248. Contuli. '*Matifou 192*' adscriptum est in ipso lapide. — Diversus, licet eiusdem aetatis et condicionis, Ziper qui memoratur apud Corippum Ioh. 4, 935. 6, 575. 534. 638. 671; idem nomen reperitur etiam apud Agathiam 4, 18.

20850 ad n. 9251. Contuli post Wilmannsium; v. 3 scr. AEDIL.

20851 ad n. 9254. Contuli utramque partem. — *a* scr. P · L *l*.

XVIII (XV.) ICOSIVM (*Alger*) p. 794.

n. 9256 (contuli). 9257 (contuli. Imago est *Musée d'Alger* tab. II fig. 5 cf. p. 62). 9258 (descripsi eodem loco quo priores; 2 fin. FLAm*en*). 9259 (vidi, sed totam calce inlitam). 9260 (dele; est pars inscriptionis Uticensis n. 14312). 9261 (descripsi). 9262 (ego quoque contuli). 9263 (contuli post Wilmannsium; v. 1 fin. scr. FEL·). 9264 (descripsi). 9265. 9266. 9267 (contuli). 9268.

20852 cippi pars superior alta m. 0,75, lata m. 0,55. Algerii rep. *au coeur de l'ancienne ville, à 100 mètres à peine du port antique, dans les fouilles d'une maison en construction. La stèle parait avoir séjourné dans l'eau de mer.* (Vide igitur ne aliunde lapis Algerium adlatus sit; quamvis aliter indicaverit Gavault).

luna crescens
× ×
ANTA SVLLAE · SATVRNO V · S · L · A
figurae duae stantes in basibus

Missam a Gavault ed. Villefosse *bull. des antiq.* 1894 p. 90; ipse Gavault *revue afr.* 38, 1894 p. 76 cf. tab. I fig. *b*.

ANIA primum excepit Gavault, unde ANTA restituit Villefosse, qui id nomen reperiri in titulo Caesariensi *n*. 9430 observavit; secundis curis legit ANNA (quod interpretatus est ANNA). — SVLLAE Gavault apud Villefossium, SVLLAI F edidit idem *revue afr.*, sed addit fieri posse ut fuerit PAVLLA L F.

20853 Algerii rep. mense Ian. a. 1896 extra portam *Bab-el-Oued, dans le tombeau du rabbin Barchichat.*

*i*MP · CAESARI ·
*v*ESPASIANO
A*u*G
p · *i* · M · TR · P//I · IM*p*. //
COS · V //// P// //
*f*LAVIV*s*////// NI
*i*VS · AED · II · VI*r* *qui*NQ
*u*ENNA · PONTIF*ex* · *p*RI
*m*VS · IN · COLONI*a* · EX *d* D
*o*B · HONOREM · PONTI ·
*f*ICATVS · EPVLO · DATO ·
D · D

Descripsit Gsell.

5 Vespasianus consul V fuit a. 74, consul VI a. 75, consul VII a. 76, consul VIII a. 77, consul VIIII a. 79; per quod tempus Vespasianus tribunicia potestate utebatur a quinta usque ad decimam; numerus tribuniciae potestatis fuisse videtur VI aut VII; ita ut titulus positus sit inter kal. Iulias a. 74 et 76.

XIX (XVI). Ager inter Algerium Blidam Tipasam p. 795.

n. 9269 (v. infra n. 20854). 9270—9272. 9273 (ego quoque contuli). 9274. 9275. 9276 (delineata a Leclerc extat in schedis Renieri XXII 41. — 3 D, 4 AESARIA). 9277 (v. infra n. 20855). 9278. 9279 (ego quoque contuli). 9280.

20854 ad n. 9269. Extat Algerii in museo, ubi descripsi sic:

S·SOLAГIO
reti T V T V S
X X V

20855 (= 9277 cf. Eph. V n. 957) *el-Achour à 13 kilomètres au sud-ouest d'Alger.* Nunc Algerii in museo.

bos, asina

ANIBAS · SAJACS
FILVS · ABIS DII
RIIBVS · MIIIS
ABIS · ASINA
5 MATRICII QVII
ILLIC·ADIIS·

Descripsi et ectypum feci. L. et M. *revue afr.* 18, 1874 p. 237 (inde supra l. c.); Doublet *Musée d'Alger* tab. V fig. 5 cf. p. 71.

Legatur in hunc modum: *Anibas, sa[la]cs fil(ius), (h)abis de rebus meis, (h)abis asina(m) matrice(m), qu(a)e illic ades(t).* Quid velit titulus, in universum patet. Quomodo autem talia in lapide incidi potuerint, minus intellegitur.

20855 *a* alta m. 0,28, litteris cm. 10. In vico Beauséjour in praedio Seuillier; rep. *à 1500 m. au sud de Beauséjour, à 800 du mausolée royal dit Tombeau de la Chrétienne.*

IN HIS *praediis*

Descripsit Gsell et ed. de Tipasa (1894) p. 115.

XX (XVII). *Mouzaïaville* p. 796.

n. 9281—9285. 9286 (contuli post Wilmannsium). 9287.

XXI (XVIII). TIPASA (*Tefessad* sive *Tipaza*) p. 797. 974.

9288. 9289 (v. infra n. 20856). [9290 = 20869]. 9291 (ego quoque contuli; recte edita est; cf. Gsell *mél.* XIV 1894 p. 384. Imaginem equitis delineari fecit Cagnat apud Daremberg et Saglio *Dictionnaire des antiquités* I p. 1495 fig. 1923 s. v. *Contus*). 9292 (v. infra n. 20857). 9293 (descripsi Tipasae in hortis Trémaux; recte edita est). 9294 (fragmentum *b* ego quoque contuli. [9295 = 20876]. 9296. 9297 (descripsi post Wilmannsium. Gsell *mél.* XIV 1894 p. 338). 9298. 9299 (descripsi. Edidit etiam Gsell *mél.* XIV 1894 p. 383. Titulus, ut ipsum operculum arcae in quo scriptus est, integer est) 9300 (v. infra n. 20858). 9301 (v. infra n. 20859). 9302. [9303 = 20894]. 9304. 9305 (v. infra n. 20860). 9306 (v. infra n. 20861). 9307. 9308. 9309 (contuli post Wilmannsium). 9310 (item). 9311. 9312. [9313 = 20923]. 9314 (descripsi. Delineavit Gsell *mél.* XIV 1894 p. 312 cf. not. 5, qui titulum indicat aevi infimi). 9314 *a* (frustra quaesivi in museo Algeriensi).

Inscriptionum quae infra leguntur maior pars debetur Stephano GSELL, qui et alias ipse repperit et inscriptiones basilicae sanctae Salsae n. 20913 seq. effossionibus institutis, de quibus rettulit libro *Recherches archéologiques en Algérie* (Paris. 1893), deinde cuncta composuit quae de Tipasa scimus edito libro 'de Tipasae Mauretaniae Caesariensis urbe' (Algerii 1894), quem mox Gallice versum repetivit in miscellaneis scholae Gallicae Romanae (*Mélanges d'arch. et d'hist. publiés par l'école française de Rome* XIV 1894). Hanc editionem plerumque solam citavimus.

Frustulum tituli Graeci (aevi infimi ut indicat) Tipasae apud Trémaux sic descripsit Gsell *mél.* XIV 1894 p. 321:

ΚCЄΔ
ΟΝΙΤΟ

20856 ad n. 9289 (p. 974). Descripsi Tipasae in fundo Coulombel. Eodem loco lapidem vidit a. 1891 Gsell *mél.* XIV 1894 p. 313, qui ait postea furto eum ablatum esse. Habent praeterea De Lhôtellerie in schedis Renieri V 23. — Ut Rossius (supra p. 974), ita etiam Duchesnius (*Précis hist.* 1890, p. 529) inscriptionem putat in sepulcro mulieris christianae stetisse, et esse inter antiquissimas inscriptiones christianas Africae.

20857 ad n. 9293 (p. 954 cf. Eph. V n. 959). Recognovi lapidem imminutum et ectypum sumpsi, ad quod denuo contulimus.

RVDIT////COR///
SEDER///SACVS///ME
N HABV////RVM VC E/////ER
EIVS AIVTOR DVPLICARIVS
5 EX NVMERVM SINGVLARI
VM QVI AT MONTE ZELEL *sic*
INTERFECTVS EST VI ANS
XXXVI M·IIII·DIES X MA
TER OPTIMO · FILIO · FE
10 CIT/// CISSE/ PER
////TAI FRAS///
VS
NVS

11 ///ITALOS RAS//// Gsell *mél.* XIV 1894 p. 385 not. 2. — Reliqua perierunt.

20858 ad n. 9300. Sic excepimus Tipasae in hortis Trémaux, similiterque Gsell de Tip. p. 79.

D · M ·
IVL · SEVER·
VIXIT · ANN
· II · MESIBVS ·
5 DIEB · XXV · C
VIS

20859 ad n. 9301. Sic descripsit Gsell, ediditque de Tip. p. 151 n. 37.

· FVLVI
AEMILIA · C
FILIAE · P

20860 ad n. 9305. Sic descripsi Tipasae in hortis Trémaux:

MARITO
SERENTI

Edidit etiam Gsell *bull. du comité* 1892 p. 321 n. 9.

20861 ad n. 9306 (cf. Eph. ep. VII n. 500). Recognovi Tipasae in hortis Trémaux. Est GEPTI.

20862 alta m. 1,05, litteris cm. 12. Tipasae rep. *à l'est de la ville près du rempart*, deinde apud Trémaux.

VICTO
RIAE

Gsell *bull. du comité* 1892 p. 321 n. 5.

20863 (= 9288 cf. Eph. V n. 958) basis alta m. 0,74, lata m. 0,74, litt. v. 1 c. 7, sq. c. 4, rep. Tipasae *dans l'enceinte même de la ville romaine, sur la colline appelée Ras Bel-Aiche, à l'ouest du bâtiment de la douane* BERBRVGGER; similiter TRÉMAVX (ap. Gsell).

VICTORIAE · AVGVSTAE
DVCATV INSTANTIAQVE
CLAVDI CONSTANTIS
palma PROC AVG CONTIGIT DE *corona*
5 ////////S ET MVSVLA
mias GENTESQVE ALI
as //////////NMIN
/////////MERVMP
/////////EST ANNO
10 //////////VSQVE

Recognovi post Wilmannsium. Berbrugger *rev. Afr.* 11 (1867) p. 172; Villefosse *arch. des miss. scientif.* 1875 p. 403; Gsell *mél. d'arch.* XIV 1894 p. 314.

7 fin. NVMIN Gsell. — 9 fin. sic Wilm. et Gsell, ... SEST ANNO ego.

20864 (= Eph. V. n. 961) alta m. 0,90, lata 0,52, crassa 0,40, litt. cm. 7. Rep. IV fere chil. a Tipasa occidentem versus, deinde Tipasae in hortis Trémaux.

*cons*TINO · AVG ·

Descripsi. Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 11; Gsell de Tipasa p. 145 n. 3.

20865 fragmentum tabulae marmoreae litteris cm. 5—6. Tipasae apud Trémaux.

DIVI MAGNI *pii*
MAVR
P · SEPTIM

Gsell *mél.* XIV 1894 p. 305.

Titulus pertinebat ad Septimium Severum eiusque filios, vel ad solos hos; v. 3 nomen Getae erasum est.

20866 fragmentum lapidis calcarei litteris cm. 5. Tipasae apud Trémaux.

DIVI

Gsell *mél.* XIV 1894 p. 305.

20867 fragmentum altum m. 0,21, latum m. 0,46, litteris cm. 6½. Tipasae rep. anno 1859 *au sud de la maison Monniot, en faisant la route de Coléa*; deinde *chez M. Monniot, propriétaire et adjoint au maire de la commune de Marengo.* — Milliarii fragmentum fuisse coniecit Gsell *mél.* XIV p. 414 not. 4.

AESAR
*princip*I IVVENTVTIS
PASITAI
ERE

De Lhôtellerie sched. Renier. V 28 (inde Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 180 n. 811).

20868 fragmentum altum m. 0,35, latum m. 0,49, crassum cm. 15, litteris cm. 7. Tipasae *chez M. Alun(?)*, rep. a. 1882 in horto eius, intra oppidum quod nunc est.

SIN
LABSVR
ET · AD · ME
IVLIO ·

Descripsi (a. 1883).

20869 (= 9290) *de Tipasa, aujourd'hui Epaffedt* [scr. *Tefassed*], *transportée à Borg el Kifan, Fort de l'Eau, province d'Alger, lors la construction du fort par les Turcs* ANONYMVS; *encastrée dans la muraille de Bordj el-Kifan (le fort de l'Eau), à Alger* RENIER. Eodem loco, *au Fort de l'Eau, entre Alger et le cap Matifou*, vidit GSELL.

M · COCCEIO ·
ROMANO · EQ · R ·
F · P · OB · INSIG
NEM · ERGA · REM · P
5 AMOREM · ET · DE
FENSIONEM ·
QVAM · PATRI
AE · AC · CIVIBVS
SVIS · EXHIBET ·
10 DECC · COL · TIP
EX DECRETO · OR
DINIS · P D

Berbrugger *Akhbar* 24 Iun. 1847, 30 Dec. 1852 laudatus a Reniero n. 4041; Anonymus Gerhardi, a quo Henzen n. 7088. — Denuo ex lapide Gsell *mél.* XIV 1894 p. 295.

20870 ibi ubi ea quae praecedit, videtur reperta esse et ipsa eodem loco quo illa GSELL.

Q · GEMINIO
//FIL · QVIR
SEVERINO///
/////T///////
5 DISPVNCT////
///////////
AMATORI REP T
CIVIVM
A I/////// MO

Gsell *mél.* XIV 1894 p. 297.

3 S//VI///INO//// excepit Gsell. — 7 expectaveris REP T.

20871 fragmenta tabulae marmoreae, litteris cm. 4—5. Tipasae in hortis Trémaux.

IS · VICTor · IS · VIT
R · A · CV*rat* · FILIO · PL
ITALVI
CTOR · P

Descripsit Gsell et edidit de Tip. p. 152 n. 43.

20872 alta m. 0,28, lata m. 1,25, litteris cm. 6—7. Rep. *au Kouali, à 3 kilomètres à l'est de Tipasa*, deinde Tipasae in horto Trémaux.

L · SAEDIO · OCTAVIO FELICI
VET · QVINQVENNALICIO VRO
OCTAVIA · AFRICANA PATRI

Gsell *bull. du comité* 1892 p. 319 n. 1, *mél.* XIV 1894 p. 297.
1 fin. sic Gsell *mél.*, FELI/ // editio prior

20873 (= Eph. V n. 1303) in lacu quodam vel alveo (*auge*) lapideo alto m. 0,75, longo m. 3,15. Rep. prope Tipasam, *propriété Coulombel*, in ruderibus distantibus ab oppido circiter chiliometrum GSELL (*dans une grande ruine byzantine située a 900 m. E.-S.-E. de la ville* POINSSOT; *à 1500 mètres environ de la ville dans la direction du Sud-Est* GAVAVLT). Ichnographiam aedificii, in quo inscriptio reperta est, edidit Gavault ap. Gsell *mél.* XIV p. 421.

IN HIS PRAEDIIS M ·
HORTENSI GAVDENT
ET FILIORVM · EIVS
GAVDENTIIS
5 RESTITVTVS PROV CCXXXVIIII p. Chr. 278

Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 160 cf. XXVIII 1884 p. 78; Poinssot, qui vidit ectypum photographicum *bull. trimestriel des antiquités africaines (Oran)* 1884 p. 214 n. 486 cf. p. 311; Gsell *mél.* XIV 1894 p. 422.

[Similes sunt n. 8209. 8378. 8421. 8690. 9725. 14457. 20934, acclamationes scilicet in latifundiis propositae ab actoribus in honorem dominorum; supple cogitatione *Gaudentiis* (*felix faustumque sit: dicit*) *Restitutus*. TH. M.]

20874 Tipasae rep. *dans la propriété de M. Coulombel.*

.. HIS · PR*aediis*
..RTENSI..
...

Gsell *bull. du comité* 1892 p. 320 n. 4, *mél.* XIV 1894 p. 424.

20875 *sur le gorgerin d'un chapiteau d'ordre dorique modifié* GAVAVLT; imaginem dedit GSELL de Tipasa urbe p. 113. Rep. eodem loco quo n. 20873.

BONIS BENE · M H VOLOCAE · ET FILIORVM · EIIVS

Gavault *rev. afr.* XXVII 1883 p. 480 n. 18; Gsell *bull. du comité* 1892 p. 320 n. 3, *mél.* XIV 1894 p. 424.

Initio BON/SBE///o exhibet Gsell *bull.*, BONIS BENE idem *mél.*, lectionem incertam esse addens (in lacuna om. Gavault). — In fine EIVS (pro EIIVS) Gavault. — *M. H(ortensii) Volocae* intellegendum esse coniecit Gsell, collata n. 20873.

20876 (= 9295) in trabe lapidea alta m. 0,31, longa m. 1,54, litteris cm. 21. Rep. Tipasae *près du rempart oriental romain à environ 30 mètres de l'angle S.-E. de la fortification*, inde in hortis Trémaux.

G L P Π

Descripsi post Wilmannsium. Trémaux *rev. afr.* X 1866 p. 302; Villefosse *arch. des miss. scient.* ser. III vol. 2 (1875) p. 405; Gavault *rev. afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 1; Gsell de Tip. p. 148 n. 13.
GL PΠ · Wilm., Gsell; CLPΠ Gavault.

20877 alta m. 0,17, lata m. 0,35, crassa m. 0,20, litteris altis cm. 0,50 (?). Tipasae rep. in ruderibus basilicae S. Salsae.

G · PII

Gsell *rech.* p. 71.
Punctum non certum esse ait editor.

20878 *marque gravée sur la face supérieure d'une base de colonne en marbre blanc.*

Trémaux: C · P · II ·

Gavault, Gsell: N / CPII

Missam a Trémaux ed. Poinssot *bull. trimestriel des antiq. afr.* 1884 p. 215 n. 491; Gavault *revue afr.* XXVII p. 479 n. 6; Gsell *mél.* XIV 1894 p. 338 not. 3.

20879 20880 20881 20882 *inscriptions gravées sur des moellons qui faisaient peut-être partie des gradins d'un amphithéâtre* POINSSOT.

	20879	20880	20881	20882
Trémaux	CEXII	CSVΠ	CSVII	CSVii
Gavault	CFXII	CSVΠ	CSVII	
Gsell		GSVΠ	G·VΠ	GSV..

Tres inscriptiones (n. 20879—20881) exhibet Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 2—4, item tres (n. 20880—20882) de visu edidit Gsell de Tipasa (1894) p. 148 n. 14—16; omnes delineavit Trémaux, edidit Poinssot *bull. trimestriel des antiq. afric.* 1884 p. 214 n. 487—490.

N. 20881 non diversam a n. 9307 putat Gavault. — Amphitheatri loca his signis indicari putat Poinssot; rectius puto Gsell l. c. p. 149 contulit signa supra edita n. 17939.

20883 lapis similis eorum qui praecedunt GAVAVLT, Tipasae in hortis Trémaux.

QC..
CM..

Descripsi. Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 5; Gsell de Tip. p. 149 n. 20.
1 QVI, Gsell, QVI Gav.

20884 *pierre de taille sur laquelle se voit une marque de carrière ou d'appareillage*, litteris cm. 14. Tipasae rep. loco dicto Ras-bel-Aïch, in ruderibus aedificii incerti.

XIX

Gsell *mél.* XIV 1894 p. 342.

20885 fragmentum tabulae marmoreae litteris cm. 4. Tipasae.

L · COS . . .
L · FOV . . .
POS . . . . .

Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 13.
2 fortasse . . . L·F·QV*o*.

20886 tria fragmenta eiusdem tabulae marmoreae, litteris cm. 1,7. Tipasae in hortis Trémaux.

M
IAM IVLI

Gsell de Tip. p. 151 n. 36.

20887 fragmentum marmoreum, litteris miniatis (? '*lettres en rouge*') altis cm. 2. Tipasae rep. *dans la propriété Coulombel.*

D M
SECVNDVS . . .
P CLAVD . . .

Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 14.

20888 fragmentum altum quatenus extat m. 0,23 latum m. 0,36 litteris cm. 3½. Tipasae, circa 150 m. a basilica S. Salsae.

TADII·Cn
//RENS·I·FI
TADI SATV...

Gsell ed. *bull. du comité* 1893 p. 321 n. 6, iterum de Tipasa p. 151 n. 32.
1 in. 3 in. *Fad-* potius quam *Tad-* fuisse ait Gsell de Tip. — 2 //RENS·L·F, 3 C TADI Gsell *bull.*

20889 cippus rep. Tipasae sub pavimento basilicae S. Salsae.

fenestra
inter duos infantes
D M
STATTE·DATE
STATIA·SEC
NDA·SOROR
5 PIS·F
V·A·XXV M

Gsell *rech. arch.* (1893) p. 51, imaginem exhibet *mél. d'arch.* XIV 1894 p. 384.
1 scribendum STATIE. — In fine nihil deesse ait editor.

20890 tabula rep. Tipasae in basilica S. Salsae.

D M
TVRPILIAE
SERVANDAE
V A XXIIII

Gsell *rech. arch.* p. 71.

20891 Tipasae, *ferme de M. Coulombel.*

C·I·
SATV
R·NI·
NVS
5 P·D·

Descripsi. Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 17; Gsell *mél. d'arch.* XIV 1894 p. 407.
Hanc et sequentes (n. 20892—20894) inscriptiones christianas esse suspicatur Gsell *mél.* l. c.
5 *p(ater) d(ulcissimus)* Gsell, fortasse recte; cf. n. 20893 v. 3 seq.: *mater dulcissima.*

20892 Tipasae, *ferme de M. Coulombel.*

ancora columba
MAGN
IA CRESC
ENTINA

Descripsi. Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 480 n. 19; delineavit Gsell *mél. d'arch.* XIV 1894 p. 407.
Hanc christianam esse ornamentum ancorae et columbae ostendit.

20893 Tipasae, *ferme de M. Coulombel.*

MODIA
SATVRNI
NA·MAT
ER·DVLC
5 ISSIMA
rosa

Descripsi. Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 480 n. 20; Gsell *mél. d'arch.* XV p. 407.

20894 (= 9303 cf. Eph. VII n. 499) Tipasae, *ferme de M. Coulombel* (apud conductorem eius fundi Boche EGO).

SAMAITA
ET IMMI
MEM·RIA
MATRI
5 FECERV
NT

Descripsi. De Lhôtellerie in schedis Renieri V 23; Berbrugger *revue afr.* XI 1867 p. 487 ad ectypum (inde supra n. 9303); correxit Gavault *rev. afr.* XXVII, 1883 p. 482; Gsell *mél. d'arch.* XIV 1894 p. 407.
Lapidem supra integrum esse adfirmat Gsell (ego fractum credideram).
1 videtur *Samaita* cf. *Sittia Samate* supra n. 7789, *Iulia Sammata* in titulo Lalla Maghnia reperto quem infra edimus. — 2 *Immi* cf. *Immidib* in titulo Sufasar (Amura) rep. (infra n. 21470).

20895 litteris cm. 6 Tipasae, *à 150 mètres environ au n. e. de la basilique de Ste Salsa.*

ELI
NIEIF
IATOR·//////
QVI VICS
5 ANNIS////////

Descripsit Gsell et edidit de Tip. p. 153 n. 45.

20896 fragmentum marmoreum litteris cm. 3. Tipasae rep. *dans la propriété Coulombel.*

. . . LREI . . .
. . . dICAVII . . .
. . . ATALID . . .
. . . G P V . . .
5 . . . E·ET·ISI . . .

Gavault *revue afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 16.
Repetivi quae traduntur (2 sic supplevit editor).

20897 fragmentum marmoreum litteris cm. 3. Tipasae rep. *dans la propriété Coulombel.*

ESC
RISSIM
ANNI
IID·VI·A

Gavault *rev. afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 15.

20898 fragmentum tabulae marmoreae litteris cm. 3, rep. Tipasae in coemeterio orientali, deinde in hortis Trémaux.

// CAELIO
IINNOCENtissimo

Descripsit Gsell et ed. de Tip. p. 150 n. 28.

20899 fragmenta tabulae marmoreae, litteris cm. 3½ rep. Tipasae in coemeterio orientali, deinde in hortis Trémaux.

NCTISS
AE·ET·I
AE
MAEF

Descripsit Gsell et ed. de Tip. p. 154 n. 53.

20900 fragmentum marmoreum litteris cm. 5, rep. Tipasae '*dans la basilique latine*'.

. . . IAI . . .
. . . IBVS . . .

Gavault *rev. afr.* XXVII 1883 p. 479 n. 8.

20901 fragmentum (*pierre ayant servi de jambage de porte*) rep. Tipasae in ruderibus basilicae S. Salsae, litteris cm. 3½.

AS·CENE

Gsell *rech.* p. 72.

20902 Tipasae, *à quelques mètres de la porte occidentale de la ville antique, graffite sur le mur d'un colombaire.*

//////////
////VNAT////////
N//////////

Descripsit Gsell et ed. de Tipasa p. 157 n. 95.

20903—20909 TITVLI BASILICAE ALEXANDRIANAE.

20903 Tipasae in basilica christiana quae sita fuit ab occidente oppidi loco dicto *Ras-el-Knissia*, et cuius rudera invenit et terra superingesta liberavit anno 1892 abbas Saint-Gérand (ichnographiam aedificii dedit Saint-Gérand *bull. du comité* 1892 tab. XXXII): in opere tessellato pavimenti ante bema quoddam, super quod altare positum fuisse putandum est (fig. D in tabula citata).

HIC VBI TAM CLARIS LAVDANTVR MOENIA TECTIS
CVLMINA QVOD NITENT SANCTAQVE ALTARIA CERNIS
NON OPVS EST PROCERVM · SET TANTI GLORIA FACTI
ALEXANDRI RECTORIS OVAT PER SAECVLA NOMEN
CVIVS HONORIFICOS FAMA OSTENDENTE LABORES
IVSTOS IN PVLCRHAM SEDEM GAVDENT LOCASSE PRIORES sic
QVOS DIVTVRNA QVIES FALLEBAT POSSE VIDERI
NVNC LVCE PRAEFVLGENT SVBNIXI ALTARE DECORO
COLLECTAMQVE SVAM GAVDENT FLORERE CORONAM
ANIMO QVOD SOLLERS IMPLEVIT CVSTOS HONESTVS
VNDIQve VISENDI STVDIO CRISTIANA AETAS CIRCVMFVSA VENIT sic
LIMINAQVE SANCTA PEDIBVS CONTINGERE LAETA
OMNIS SACRA CANENS SACRAMENTO MANVS PORRIGERE GAVDENS

Missam a Saint-Gérand memorat Duchesne *comptes-rendus de l'Acad. des inscr.* 1892 (18 Mart.) p. 112. Edidit Saint-Gérand *bull. du comité* 1892 p. 472 sed litteris minoribus; inde de Rossi *bull. crist.* ser. V a. 4, 1894 p. 91 n. 2; Gsell *mél. d'arch.* XIV, 1894 p. 390. Buecheler carm. epigr. n. 1808.

4 Alexander rector, i. e. episcopus Tipasensis, qui memoratur etiam n. 20904 et 20905, praeterea ignotus est. — 5 seq. videtur significari studio Alexandri ossa sanctorum antea dispersa in unum collecta esse, *in pulchra sede* (v. 6), scilicet in hac nova ecclesia, collocata; 7 i. e. 'sensim fecerat ut ne possent videri' Buecheler. — 11 expressum esse Vergilium Aen. 2, 63. 64 (*undique visendi studio Troiana iuventus circumfusa venit*) notat Duchesne; 12. 13 Verg. Aen. 2,239 (*sacra canunt funemque manu contingere gaudent*) confert Buecheler.

20904 Tipasae in eadem basilica, in opere tesselato bematis, ante quod extat n. 20903.

paene tota periit; legi potuerunt ex v. 3 verba

SANCTV[S AL]EXAND[ER]

Saint-Gérand *bull. du comité* 1892 p. 477.

20905 Tipasae in eadem basilica, in opere tessellato pavimenti ante absidem (locus signatus littera *B* in tabula citata ad n. 20903).

ALEXANDER EPISCOPVs LEGIBVS IPSIS ET ALTARIBVS NATVS
AETATIBVS HONORIBVSQVE IN AECLESIA CATHOLICA FVNCTVS
CASTITATIS CVSTOS KARITATI PACIQVE DICATVS
CVIVS DOCTRINA FLORET INNVMERA PLEBS TIPASENSIS
PAVPERVM AMATOR AELEMOSINAE DEDITVS OMNIS
CVI NVMQVAM DEFVERE VNDE OPVS CAELESTE FECISSET
HVIVS ANIMA REFRIGERAT CORPVS HIC IN PACE QVIESCIT
RESVRRECTIONEM EXPECTANS FVTVRAM DE MORTVIS PRIMAM
CONSORS VT FIAT SANCTIS IN POSSESSIONE REGNI CAELESTIS

Missam a Saint-Gérand memorat Duchesne *comptes-rendus de l'Acad. des inscr.* 1892 p. 113; edidit Saint-Gérand *bull. du comité* 1892 p. 471 litt. min., inde de Rossi *bull. crist.* ser. V a. 4. 1894 p. 90 n. 1, item Gsell *mélanges d'arch.* XIV, 1894 p. 391. Buecheler carm. epigr. n. 1837.

1 leges sine dubio non sunt Romanae, sed scriptura divina; cf. supra n. 19913: *Cristi legisque minister.* Significatur Alexandrum ab ineunte aetate ecclesiae nomen dedisse et per omnes ecclesiasticos gradus ad episcopatus culmen evectum esse.

20906 Tipasae in eadem basilica, in opere tessellato pavimenti, non longe ab ea quae praecedit (litt. *F* tabulae).

CLAVSVLA IVSTITIAE EST
MARTYRIVM VOTIS OPTARE
HABES ET ALIAM SIMILEM AE
LEMOSINAM VIRIBVS FACERE

Delineavit Saint-Gérand *bull. du comité* 1892 p. 479 (inde de Rossi *bull. crist.* ser. V a. 4, 1894 p. 94); ab eodem missam Duchesne *comptes-rendus de l'Acad. des inscr.* 1892 p. 112.

4 ante VIRIBVS deesse PRO notat Duchesne.

20907 Tipasae in pavimento eiusdem basilicae, inscriptio sepulcri opere tessellato expressa.

SVSCIPIT EXIMIVM SVBLIMIS REGIA CAELI
BASILIVM MERITIS ETIAM POST VITa VIVENTEM
QVI DIGNA DEO SIC DVXIT TEMPORA VITAE · IVSTITI
A PROBITATE FIDE PRAECLARVS ET ACTV · SEXAGINTA
DVOS FELIX BENE CLAVSERIT ANNOS

Saint-Gérand *bull. du comité* 1892 p. 480 (inde de Rossi *bull. crist.* ser. V a. 4 1894 p. 93 n. 2). Buecheler carm. epigr. n. 1835.

20908 Tipasae in pavimento eiusdem basilicae, inscriptio sepulcri opere tessellato expressa.

HIC IACET EGREGIA MERITIS ET GRaTIA MORVM
NOBILIS ET ATAVIS CLaRISSIMA FEMINA MAGNIS
HEV MEMORANDA BONIS ASTaNIa DIGNISSIMa CaELo
CoNCoRS BLANDA DECENS RECTMEN FIDELe SVORVM
HAEC BONA FAMILIIS MATER PIA SEDVLA CONIVX
HIC CORPVS POSVIT SEDEM DICaVIT IN ASTRIS

Delineavit Saint-Gérand *bull. du comité* 1892 p. 479 (inde de Rossi *bull. crist.* ser. V a. 4 1894 p. 93 n. 1). Buecheler carm. epigr. n. 1836.

2 pro ET possis conicere EX. — 4 scr. REGVMEN. — 5 fortasse FAMILIAS.

20909 in eadem basilica S. Alexandri, in podio quodam, alto m. 0,60, litteris opere tessellato expressis.



OSTA
RICCVS FIDEKIS IN PACE
VIXIT ANNuS·II · M · V

Saint-Gérand *bull. du comité* 1892 p. 480 fig. 7.

20910—20912 TITVLI BAPTISTERII TIPASITANI

20910 in opere tessellato, rep. Tipasae in pavimento baptisterii cuius rudera reperta sunt intra moenia oppidi antiqui ad litus maris loco dicto *Ras el-Knisia*, iuxta rudera basilicae maximae (cf. ichnographias ap. Gsell l. c. p. 358 tab. et p. 366 fig. 27).

·P
MVS
NIQVIS
EMPILI
E SEC·T·S
ris
V
IEN
AEEST
MPI ... T SANC
TA ... AVAC*ra*

Delineavit Gsell *mél.* XIV 1894 p. 367.

Hexametri fuerunt. — 3 *iniquis*. — 12. 13 *sanc*|*ta lavacra*.

20911 (= Eph. V n. 1304) in opere tessellato Tipasae in vestibulo baptisterii.

SI · QVIS · VT · VIVAT·
QVAERIT · ADDIS
CERE · SEMPER·
HIC LAVETVR·
AQVA · ET · VIDEAT·
CAELESTI*a regna*

Gavault *revue afric.* XXVII 1883 p. 402, delineavit in tab. adiecta; repetiverunt de la Blanchère *bull. de corr. afric.* 1884 p. 162, Poinssot *bull. d'Oran* 1884 p. 313, Gsell *mél. d'arch.* XIV 1894 p. 369, Buecheler carm. epigr. Lat. n. 319.

20912 in pavimento operis tessellati cubiculi cuiusdam pertinentis ad baptisterium Tipasitanum.

IOES
ASAC POT
MAGNIFICAT DOMI
SIC AVLA DEI SIC
*gl*ORIOSVS HOM

Delineavit Gsell *mél.* XIV 1894 p. 370.

Eiusdem pavimenti praeterea alias particulas quinquaginta tres invenit et delineavit Gsell, ex quibus repetere visum est sufficere has

ORN   ELV

reliquas, quae paucarum vel etiam singularum litterarum reliquias continent, omisimus.

20913—20927 TITVLI BASILICAE SANCTAE SALSAE

20913 cupula longa m. 1,46, lata m. 0,54, alta m. 0,60; inscriptio exarata est in spatio quadrato alto m. 0,50, lato m. 0,51, in latere longo non medio sed dextram versus. Tipasae intra basilicam quam S. Salsae dicatam fuisse inscriptio n. 20914 declarat, totidem fere passibus a dextro basilicae pariete quot a sinistro, item totidem passibus ab abside quot a fronte (Gsell *rech.* p. 18, cf. tab. I) quam pristinam basilicae fuisse putandum est (nam temporibus posterioribus frons ecclesiae prolata est, cf. Gsell *rech.* p. 12. 20); videtur eo ipso loco stetisse antequam basilica fieret (*certains indices, en particulier la différence d'orientation, permettent en effet de croire que cette tombe est antérieure à la construction de l'église* GSELL *c. r. de l'Ac. des inscr.* 1892 p. 242; similiter *mél.* XI p. 183, *rech.* p. 20), certe ibi stetit antequam sterneretur pavimentum quod nunc superest; pone cupulam extat arca lapidea. Posterioribus temporibus cupulae et arcae superstructum est podium quoddam latericium sub quo latebant (*le monument était complètement recouvert par un socle en maçonnerie d'une époque postérieure que j'ai dû faire détruire en partie pour pouvoir examiner le monument* GSELL, *rech.* p. 17).

◇ D D M
FABIAE SALSE MATRI
SANCT · ET · RARISSIMAE
lilium ET INCOMPARABILI palma
QVAE VIXIT · ANN LXIII
M · II · D · XXVII · H · VIII · OB
MERITA EIVS · TITVLVM
F · ET · F · ET · N · AEDVCATRICI sic
SVEQ · CONSTABILITOS · REI sic
F E C E R

Gsell *mél. d'arch. et d'hist.* XI, 1891 p. 182 (inde Cagnat *revue arch.* 17, 1891 p. 416), *rech.* p. 18, repetivit *mél.* XIV 1894 p. 386.

5 fin. LXII Gsell *mél.* XI, correxit *rech.*

1 *d(is) m(anibus)* legendum esse minime certum est; videntur potius notae *d. d. m.*, quorum explicatio sane nos latet, substitutae esse in locum formulae paganae *d. m.* — 8 *f(ilii) et f(iliae) et n(epotes)* Gsell, recte ut videtur. — 9 non intellegitur; rei vocabulo significari rem familiarem Fabiae Salsae et eam rem dici a Salsa auctam esse et constabilitam (quod coniecit editor), ego non crediderim. REI errore incisum esse pro REL putat Mommsen, legendumque *aeducatrici su(a)e, q(uae) — vel q(uos) — constabilitos rel(iquit)*.

Fabia haec Salsa, cuius sepulcro basilica superstructa est, ita ut paene umbilicum basilicae occuparit, defuncta annorum LXIII, diversa fuerit necesse est ab ea Salsa, cuius memoria in eadem basilica teste titulo n. 20914 celebatur, si vere haec, ut narratur in vita eius nuper edita (cf. ad n. 20914), periit puella annorum quattuordecim lapidata a populo (matrem — sic de Rossi *bull. crist.* 1891 p. 25 — vel certe adfinem Salsae martyris fuisse Fabiam Salsam putant Gsell *mél.* XI p. 183, *comptes-rendus de l'Acad. des inscr.* 1892 p. 243, *rech.* p. 20, *mél.* XIV p. 387 et de Rossi *bull. crist.* 1891 p. 25). Ceterum si sumimus, quod fortasse sumere licet, vitam illam incertae esse auctoritatis: possis conicere, ipsius Fabiae Salsae memoriam eo loco, ubi a suis condita erat, postea a plebe Christiana Tipasensium, basilica quoque extructa, esse cultam; procedente autem tempore, huic Salsae, quam sanctam feminam fuisse ipse titulus (v. 3) praedicabat, cum certa eius memoria exolevisset, a pia fama tributum esse, ut puella et aetatis tenerae mortem obiisse crederetur, non est cur miremur. Lilium et palma a lateribus inscriptionis sculpta fortasse fidem Christianam Fabiae Salsae indicare debuerunt.

20914 in pavimento basilicae cuius rudera supersunt extra moenia Tipasae antiquae, orientem versus, ante basilicae absidem, inscriptio opere tessellato expressa; lucem vidit ineunte anno 1891, *fossionibus* quas instituit Gsell.

MVNERA QVAE CERNIS QVO
SANCTA ALTARIA FVLGENT
ABORQ INEST CVRA
ENTI · CREDITVM
DET PERFICERE MVNVS
IC EST SALSA DVLCIOR
NECTARE SEMPER · QVAE MERVIT
CAELO SEMPER HABITARE BEATA
RECIPROCVM SANCTO DENS
NVS INPERTIRE POTEN RI
TVMQ EIVS CELORVM REGNO PRO T

Delineavit Gsell *mél. d'arch. et d'hist.* XI, 1891 p. 181, quam imaginem repetiverunt: Geffroy *comptes-rendus de l'Acad. des inscr.* 1891 p. 193, Espérandieu *revue de l'art chrétien* 1891 p. 506; de Rossi *bull. crist.* ser. V a. 2, 1891 p. 25, verba repetiit Cagnat *revue arch.* 17, 1891 p. 416. Denuo depicta a Gavault una cum toto pavimento repraesentata est apud Gsell *rech. arch.* tab. V, cf. Gsell ib. p. 23. Repetivit Gsell *mél.* XIV, 1894 p. 387. Tractavit Buecheler carm. epigr. n. 318.

Munera quae cernis, quo | sancta altaria fulgent, |
[His sumptus(?) l]aborq(ue) inest cura[q(ue) Pot]enti,
Creditum | [sibi qui gau]det perficere munus. |
Ma[rtyr] hic est Salsa dulcior | nectare semper,
Quae meruit | caelo semper habitare beata, |
Reciprocum sancto [stu]dens | [mu]nus inpertire Potentio,
[m]eri,tumq(ue) eius celorum regno pro[babi]t.

Sanctae Salsae memoria dudum nulla extabat nisi in martyrologio q. d. Hieronymiano, ubi sub d. 20 Mai., item sub d. 10 Oct., inter martyres Africanos recensetur Salsa (p. 63. 131 ed. De Rossi et Duchesne, in actis Sanctor. mens. Nov. t. II). Nuper demum vitam eius ex duobus codicibus in Hispania scriptis, iam bibliothecae Parisiensis, edidit de Smedt Bollandianus (catalog. codic. hagiographicor. Lat. bibliothecae Parisiensis, t. I, 1889 p. 344 seq.), ubi narratur, Salsam puellam, christianae fidei deditam, cum simulacrum aliquod fregisset, a populo furente exanimatam, corpus eius in mare proiectum, sed mox a naviculario quodam Gallico exceptum et 'ab omnibus', Tipasensibus intellege, 'brevi tabernaculo conditum'. Scriptam esse hanc vitam indicat Duchesne *bull. critique* 1890 p. 125 paullo post tempora Firmi rebellis, qui periit circa a. 373, huius enim rebellionis mentionem fieri putat a vitae scriptore his verbis (cf. Gsell *rech.* p. 3 not. 4): *temporibus quibus provinciam totam Firmamanae labes tyrannidis devastarerat* (sic fere alter ex codicibus, nisi *firmanianam* pro *firmanianae*, deinde *tirannidisque vastaverat*; in altero, eoque antiquiore, est *temporibus quibus provinciam anciociam labes tyrannidis decastaberat*; codices nostra causa contulit Vidier). Ceterum vita haec, ut sit eius aetatis cui eam attribuit Duchesne, nequaquam comparanda est cum paucis illis vere sinceris quae aetatem tulerunt martyrum actis, sed 'pio amore', ut ipse scriptor praedicat (p. 345 ed. de Smedt), 'concepta', pauca tantum videtur habere quae ex viva antiquiorum temporum memoria sint derivata.

Potentii nomen (v. 2. 6) agnovit de Rossi. Potentius quidam sacerdos (consacerdotem suum eum appellat Leo et postea fratrem), Leonem episcopum urbis Romae certiorem fecerat in Mauretania Caesariensi indignos quosdam vel per ambitum ad episcopatum evectos esse, et mandata ab eo accepit, cum in Africam rediret, ad universos episcopos per Mauretaniam Caesariensem constitutos (S. Leo Magnus ep. 12 c. 1. 9 [Migne LIV p. 646. 653]; quae epistula scripta esse videtur circa annum 446); is Potentius vix diversus est ab hoc nostro, qui basilicam sanctae Salsae exornavit. Ceterum verba *creditum [sibi qui gau]det perficere munus* indicant eum presbyterum fuisse vel diaconum, nempe cui munus exornandae basilicae creditum fuerit ab episcopo suo. — Verba *[l]aborq. inest cura[que Pot]enti* pendent e versu carminis inter annos 432—440 in ecclesia urbana S. Petri in vinculis dedicati: *presbyteri tamen hic labor est et cura Philippi* (cf. supra ad n. 10708). — 6 *[stu]dens* supplevit Buecheler (*[gau]dens* proposuerant Cagnat et de Rossi), 7 in. *[m]eritum* Cagnat (*[in]teritum* proposuerat de Rossi).

20915 fragmenta tria eiusdem lapidis alti m. 0,56, crassi m. 0,42, litteris cm. 14. Tipasae rep. prope basilicam S. Salsae.

a	*b*	*c*
DEDE	ROMISSA	//Q
CITINNO	MINE CRIST	TRA
SALSA	//////	

Delineavit Gsell *mél.* XI, 1891 p. 184, *rech. arch.* p. 75.

b 3 reliquias litterarum PISCO primum agnoscere sibi visus erat Gsell *mél.* (easque supplevit *[e]pisco[p.]*), sed postea (*rech.* p. 76 not. 2) eas reliquias omnino incertas esse dicit.

De Dei (vix *dedei*, pro *dedi*) — intellege *donis — promissa . . . . [fe]cit in nomine Crist(i).*

20916—20927 inscriptiones sepulcrorum quae extant (vel extiterunt) in pavimento basilicae S. Salsae, litteris opere tessellato expressis; lucem viderunt anno 1891, praeter n. 20923, quae prodiit iam anno 1869 (cf. Gsell *rech.* p. 11).

20916

MEMORIA ADEOD
CONI D IN P
LIBISTASETIC
FACTIBICUM

Delineavit Gsell *rech.* p. 60 n. 11 fig. 6.

Memoria Adeod[ati dia]coni, d(epositus) in p[ace]. Quid istas (= stas) et . . ., fac tibi cum . . . .

20917

MEMORIA ACONTI in pace
RECESSIT

Delineavit Gsell *rech.* p. 57 n. 7 fig. 4.

20918

MEMORIA ASTERI INNOCEN
TIS FIDELIS IN PACE RECESSIT

Gsell *rech.* p. 53 n. 3.

20919

MICA VIXIT A
S XXII IN PACE

Gsell *rech.* p. 54 n. 4.

1 *[F](avia) Mica* legit editor.

20920

IN NOMINE CRISTI REQVIES
CIT IN PACE IN HANC MEMORIA SI
NDIVVLT Q̣ VIXIT ANNOS VNDECI

Delineavit Gsell *rech.* p. 59 n. 10 fig. 5.

2. 3 *Sindivult* legit Gsell; delineatio ab ipso edita etiam SINDIVVIT vel SINDIVVTT admittit. Fortasse idem nomen apud Corippum Ioh. 6, 522 ubi *induit* et 8, 374, ubi *sinduitis* traditur, *Sinduit* scripsit Partschius.

20921

M·ISTEFANI IN PACE
RECESSIT III·K·MAIAS

Gsell *rech.* p. 53 n. 2, cf. tab. V, ubi imago proponitur totius huius partis pavimenti.

Les dimensions de la tombe montrent qu'elle a servi de sepulture à un enfant Gsell.

20922

MEMORIA
(monogramma Christi) ISTEFANIE
RECEPTA
IN PACE

Gsell *rech.* p. 60 n. 12.

20923 (= 9313, cf. Eph. V n. 960).

MEMORIA
NOSSEV
SREDDAS
ANOS
5 DNATVMC
NA RECEPIT PI
VITA FRATRES NEC N
CTOS SPERANTI FA
SCOMITATA PAREN
10 VNT IIIK·SEP·PS
HIC POSITVS EST
TIVS·IV

Trémaux descripsit primum festinans, unde edita est *revue afr.* 13, 1869 p. 72 (ex. I), deinde delineavit diligenter, quod exemplum edidit Gsell *rech.* p. 56 (ex. II). Nescio a quo (fortasse a Trémaux) delineatam Cherbonneau misit Reniero, quod exemplum extat sched. Renier. n. 476 (cf. Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 160 n. 704). — De visu Villefosse *archiv. des miss.* ser. III vol. 2 (1875) p. 402. Particulam (v. 2, v. 3 excepta ultima littera, ex v. 4 primam litteram) vidimus Wilmanns; v. 6—12, neque eos integros, ego; paucas litteras ex vv. 2. 3. 7. 8 Gsell *rech.* p. 55 not. Cf. Buecheler carm. epigr. n. 1749.

Exhibui fere Trémaux ex. II. — 1 sic Trémaux ex. II, ··VR·· id. ex. I, *MORI* Cherb., om. Villef. — 10 NNTI DIK·SEP, 11 in. NS Vill. — 12 sic Trémaux ex. II, TIVSN id. ex. I, TIVS·IV Vill.

20924

MEM
OMNIO IN

Gsell *rech.* p. 57 n. 8.

20925

MEMORIA IC

Gsell *rech.* p. 55 n. 5.

20926

MEM

Gsell *rech.* p. 52 n. 1 et in imagine partis huius pavimenti tab. V.

20927 rep. ante absidem.

IT PAP DA

Descripsit Purgold, partem inferiorem (v. 4. 5) ego quoque vidi. Partem superiorem (vv. 1—3 et ex v. 4 postremas litteras) edidit, descriptam a Schmittero, Villefosse *bull. épigr. de la Gaule* I 1881 p. 107; partem inferiorem (vv. 4. 5) Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 136 n. 87.

21279 cippus altus m. 1,13; rep. Scherschel in fundo Pizani, ebil. uno ab oppido ad viam ducentem Alger.

D M
SER · MEVI
ANVS VIXI
A · XXI · M · IIII · D
XVIII · HONO
RAIA MaTER
FECIT

Audollent et Létaille *mél. d'arch. et d'hist.* X p. 411 n. 6.
6 RA A MTER editur.

21280 cupula longa m. 1,29, litt. 0,025; rep. Scherschel ibi ubi n. 21279.

MoDIAE VICTORINAE
FILIAE DulCISSIMAE QVae
INMATVRA AETAte . . . .
. . . . M . . . .

Audollent et Letaille *mél. d'arch. et d'hist.* X p. 414 n. 10.

21281 tabula marmorea. Scherschel *propriété Guillemin* SCHMITTER.

DIS · MANIBVS
MVSSIDIAE · CALLISTE ·
MVSSIDIA · EVPORIA ·
MATER · FILIAE ·
DVLCISSIMAE · FECit
VIXIT · ANNO · I .

Descripsi et ectypum sumpsi. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 178 n. 98.

21282 fragmentum tabulae altae m. 0,17. Scherschel in museo.

d M
... NINVS
*v*IXIT · AN · XXV
.. NI · C E R
MERENTI

Descripsi; vidit etiam Purgold. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 134 n. 68.
5 punctum inter NI et GER addidit Purgold.

21283 fragmenta duo eiusdem tabulae marmoreae altae m. 0,22, latae, quatenus extat, m. 0,32, litteris cm. 2½—3. Scherschel rep. *El-Kantara*, iam in museo.

C · NE
LER · APIC
EST · VIXIT A
VALERIA · IVCV
DA · PIA · VIC · AN · L
VXOR

Descripsimus ego et Purgold; hic etiam ectypum sumpsit. Cat *bull. de corr. afr.* 1882 p. 36 n. 30; solam partem maiorem (id est, postremis litteris v. 3—5, totoque v. 6 destitutam) Waille et Gauckler *rev. arch.* 17 (1891) p. 131 n. 56.
2 APICL . . . vel APICE . . . potius quam APICI . . . (*Apicla* nomen est in Caesariensi supra n. 9330). — Fragmentum minus, separatum a maiore sic edidit Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 62:

A
A · IVC
IC · AN · L
OR

21284 stele alta m. 0,82. Scherschel in fundo Ferrand rep.; eodem loco muro domus immissam vidit PVRGOLD.

AVE
OLYMPHIA · DVLCIS · OBRIPTA *sic*
MIHI · SARA · COIVX · VITA · TERA *sic*
TIBI · LEVEM · VIXTI · ANOS · XX *sic*
SECVNDIO · COIVGI · FECIT · PRO · MERTIS *sic*
HIC · SITA · EST ·

Descripsi; vidit Purgold. Cat *bull. de corr. afr.* 1882 p. 32 n. 18 descriptam a de Chancel; Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* II 1882 p. 192.

21285 fragmentum marmoreum, patet m. 0,12—0,18. Scherschel *à gauche de la porte de Ténès, propriété Delkich.*

////////////NV
///MERIS · ETVS · HIC
///EST · AN · XLVIII
///ES · OLYMPHION

Waille *bull. du comité* 1895 p. 58.
2 fortasse ser. EIVS.

21286 (= 9559) litteris cm. 2. Scherschel in museo.

PHILAR
. R · ESI

Descripsi; antea descripsit Wilmanns (inde supra l. c.). De Lhôtellerie sched. Renier V 30 cum ectypo.

21287 urna. Scherschel rep. *propriété Archambeau.*

Q · POMPEIO
Q · F · ROGATO

Ad ectypum acceptum ab Archambeau ed. Papier *comptes-rendus d'Hipp.* 1894 p. V.

Idem nomen reperiri in Manlianensi supra n. 9617 notaverunt Archambeau et Papier.

21288 tabula marmorea (iam tripertita) alta m. 0,26. Scherschel rep. *route de Ténez, propriété Serfatti.*

· D · M · S
POMPEIAE · HONE *sic*
RATAE · MARITAE ·
CARIS · SIMAE · A IVL · VIC
5 TORINO VIRO · OB · MERITA · VIX ·
AN · XXXVIIII · M · V · D · XIII ·

Contulit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 235 n. 170.

21289 Scherschel in museo (in eodem lapide in quo inscriptio n. 21125; antiquior videtur quam illa PVRGOLD).

D · M · S
L · POMPONIVS · I
EMERITVS · VS
ANNIS · L · TR

Descripsit Purgold. Waille et Gauckler *rev. arch.* 17, 1891 p. 130 n. 54.

2 fin. I om., 4 fin. FR Waille et Gauckler.

21290 Scherschel rep., *nécropole d'El-Kantara, propriété Archambeau.*

D
POPV
VIX

Recognovi ad ectypum, quod misit Papier. Ad idem ectypum, missum a de Lhôtellerie, ed. Papier *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. XLI n. 12; ex lapide Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 100 n. 29.

21291 Scherschel (ut videtur).

MANIBVS
ROCVL · ET
MAXIMILIAE

Delamare in schedis Renieri XLVI, 21 (inde Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 178 n. 802).

3 AXIMILIAE traditur.

21292 Scherschel, *El-Kantara.*

rosa *rosa*
PVDENS · ET · RECEPTA · HOEB
ANI · FAVSTO · PVERO · H · S · E

Descripsi; vidit etiam Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* II 1882 p. 193 n. XXVI, cf. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 148.

1 fin. 2 in. sic Purgold, HOEB ANI ego, PHOEBIANI Waille-Gauckler, HOEB'ANI Schmitter; expectaveris *Phoebiani.*

21293 alta m. 0,55, lata m. 0,46. Scherschel, iacebat inter lapides domui privatae extruendae destinatos (inter portum et thermas).

protomae duae
PVLLAENIO
MARTIALI
. . . .

Descripsit Purgold et ectypum fecit.

3 nomen videtur exiisse in . . . *logius* vel . . . *losius*, initium incertum.

21294 Scherschel.

adulescens columba (sic Schmitter, eadem Peutrem narravit) tenens | *puella avem tenens*

DIBVS MANIBVS
PVLLVS PEREGRINVS VI
XIT · XX ET · P · VLPIA IVLIA
SOROR EIVS VIXIT XI
5 P · VLPIVS · SATVRNI
NVS PATER PISSIMVS
FILIS SVIS //VOBIS LEVIS

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 64 n. 140; Gauckler ap. Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 308.

2 PVLLVS ('sic') Gauckler, PVLIVS Schmitter, qui proposuit *P. Ul[p]ius.* — 3 P · VLPIA Schmitter, PVLPIA Gauckler. — 7 sic Gauckler, S///IS SITV/////IS LEVI Schmitter.

21295 Scherschel, *El-Kantara.*

QVINTIO · ET · IVCVNDVS
sic FAMLLIAR;SSVS · FAVSTAE
AMANTIS · VMAE

Contulit Purgold et ectypum fecit. Cat *bull. de corr. afr.* 1882 p. 35 n. 24; Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* II 1882 p. 142.

21296 cippus vel capula similis eius in quo n. 21227, Scherschel *propriété Peyron.*

D · M · S
T · QVIN
TVLA
VIX · A · XXXXV
5 MATRI P
FAVSTVS

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 101 n. 34.

21297 Scherschel in museo.

REPEN
. . . . . .

Descripsi.

21298 tabula marmorea, alta quatenus extat (nam supra fracta est) m. 0,25, lata m. 0,19. Scherschel, apud Peyroud.

vir d. urnam, s. pomum tenens
PATRE REPEN
TINVM

Descripsi; vidit etiam Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 139 n. 90.

21299 Scherschel in museo.

. . I T · L .
RESPECTVS
PIE

Descripsi. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 107 n. 47.

21300 tabula marmorea, litteris cm. 2,8, Scherschel possidebat de la Seiglière (*juge de paix*), deinde in museo.

VSAVS · I · VIVS
CONSERVATRICI
FECIT
5 T · T · L ·

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 107 n. 48.

1 sic editum est; videtur fuisse RESTITVTVS.

21301 Scherschel in museo.

DÍS MÁNIBVS
RVFINAE · ET · QVINTAE · SÓ
RORIBVS · VIXERVNT
ANNÍS · DVOBVS

Descripsit Purgold. Waille et Gauckler *rev. arch.* ser. III vol. 17 (1891) p. 133 n. 67.

21302 Scherschel, *El-Kantara.*

L · SAFINVS
HILARVS
HIC · SIT · EST

Cat *bull. de corr. afr.* 1882 p. 35 n. 23; Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 49.

21303 stele marmorea. Scherschel.

luna crescens

DVO
SALVIVS BIS DENOS VITAE QVI ....
AD SVPEROS FIDVS HIC FVIT INN*ocens*
AVNC · LIBVE · GENVIT TELLVS EADEMQ*ue recepit*
...... TVMVLO · PVLVIS ET OSSA IACET
...... QVI PRESTITIT · ANTE ·
FRATRI·H .... PRESSA CENIS
sic CONSEVI CASV FLENTES · DIXERE · SVPRE*m*..
. . . .

Carmen sic restituit Buecheler carm. epigr. n. 1245:

Bis denos vitae qui [vix compleverat annos],
ad superos fidus hic fuit inn[ocens].
[h]unc Libuae genuit tellus eademq[ue recepit].
[hic nunc sub] tumulo pulvis et ossa iacet.
[munus idem Paulo functo] qui praestitit ante
fratri: h[ic nunc saxo est utraque] pressa cenis.
conse(r)vi casu flentes dixere supre[mo]:
. . . .

Waille et Gauckler *rev. arch.* 17, 1891 p. 27 n. 24.

1 *duo* videtur coniungendum esse cum *denos* v. 2, ut Salvius vixerit annos XXIV. — 2 SALVIVS vocabulum loco separato (*'en vedette'*) scriptum esse aiunt editores. — 8 CONSERVI requiri pro CONSEVI viderunt iidem.

21304 Scherschel.

luna crescens

///LIVS SATVRNI
///VIXIT ANN H · S · ES *sic editum*
T
puer

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 181 n. 111.

21305 Scherschel.

SATVRNINA · MATR
I SVAE · MONVMEN
TVM · FECIT ·
S··T·T··L·

Vidit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 181 n. 114 ab alio acceptam.

21306 cippus, litteris alte incisis. Rep. Scherschel, *propriété Peyron.*

S M (
V I A S
II X V R
L N A

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 102 n. 37.

D. m. s. | *Satu[r[n'i]na*, vel *Satu[r. v[i]xit]* *an. L.*

21307 fragmentum altum m. 0,15. Scherschel in museo.

a M
AE SATV*rnino*
.VL·DIO

Descripsi; contulit Purgold. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 135 n. 81.

3 in. sic Purgold, IVL legeramus et ego et Waille-Gauckler.

21307a fragmentum marmoreum latum m. 0,33, litteris cm. 7, rep. Scherschel ibi ubi n. 21067.

A · SECV
ARVM · HC

Waille *comptes-rendus de l'acad. des inscr.* 1887 p. 236.

21308 Scherschel, rep. *El-Kantara, propriété Ferrand.*

rosa *rosa*
luna crescens

SEQVNDA
SITI · SCVA
E · F · IC SIT
AS ·

Contulit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 101 n. 143.

Sequnda Sit(t)i Sc(e)vae (?) f(ilia), (h)ic sitas(t).

21309 Scherschel, *propriété Guillemin* SCHMITTER.

SECVNDVS·
· PATER ·
MEDIAE · FILAE ·
VIXIT · ANNS · II ·
MENS·II·DIEB·V·
S · T · T · L ·

Descripsi. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 178 n. 99.

21310 alta m. 0,13. lata m. 0,8. Scherschel in museo.

luna crescens

SECVND
VIXIT · AN
H · S · E

Descripsit Purgold. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 134 n. 69.

2 AN Purg.

21311 frustulum marmoreum altum m. 0,09, latum m. 0,11. Scherschel in museo.

SEMP
VENVS
. . . .

Descripsimus ego et Purgold.

21312 frustulum marmoreum altum m. 0,10, latum m. 0,17. Scherschel in museo.

. . . .
LXV · SEM
NIA · VNVS
. . F

Descripsimus ego et Purgold. Cat *bull. de corr. afr.* 1882 p. 37 n. 34.

2. 3 fortasse *Sem[pro]nia V(e)nus[ta]*, cf. n. 21311.

21313 Scherschel, rep. *El-Kantara, propriété Archambeau.*

SEPT AGATI
DVLCIS

Contuli ectypum missum a Papier. Gauckler ap. Cagnat *bull. arch.* 1892 p. 308 n. 92; Papier *comptes-rendus d'Hipp.* 1892 p. X.

21314 alta m. 0,16. Scherschel, rep. *El-Kantara* est in museo.

CINIA SEVERA
SABINA MA
PIISIME FECIT
.S · XXIII

Descripsi; vidit etiam Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 45, cuius exemplum v. 1 correxit Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 110.

3 E PIISSIME Schmitter.

21315 tabula marm. alta m. 0,18, lata 0,29, litteris cm. 3. Rep. Scherschel, el-Kantara, in fundo Archambeau.

D M
SICINIAE · RVS
TICE · VIX N · XXX
IVL · VICTOR · MA
RITE · KARISSIM*ae f.*

Descripsi ad ectypum missum ab A. Papier, qui edid. ad idem acceptum ab Archambeau *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1891 p. XLI n. 5. Waille *revue arch.* 17, 1891 p. 399 n. 3; Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 97 n. 15.

21316 alta m. 0,29, litteris cm. 2½. Scherschel in museo.

dis MANIB
LI STECOR
S · VIXIT
M · VII
5 H S · E sic
SEVTYCV
PIENTISSI

Descripsi; vidit etiam Purgold. Waille et Gauckler *rev. arch.* ser. III vol. 17 (1891) p. 132 n. 62.

2 seq. . . *li Ste(r)cor(ori)* Waille et Gauckler.

21317 Scherschel, *El-Kantara* SCHMITTER, apud Ferrand EGO.

STEPHNS
SEI · NTERO
TIS · SER · H ·
S · V · A · XXXV

Descripsi et ectypum sumpsi. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 181 n. 113.

1 *Stephan(i)s* (sic legit Schmitter) vel *Stephanus*.

21318 fragmentum altum cm. 7½, latum cm. 12½. Scherschel in museo.

SORORI QVI
III · D · XXI ·
· · · SVC

Descripsi. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 109 n. 65; eandem ut videtur idem ante ediderat cum Waille *revue arch.* 17, 1891 p. 136 n. 89.

1 litteras dimidiatas recte legit Gauckler; . . . ONORI *rev. arch.* — 3 S · T · T · L · ib.

21319 Scherschel, *El-Kantara* SCHMITTER; est in museo.

D · M
L · SVLPICIO
CALLISTO
FECIT · CORIF

Descripsi; vidit Purgold, qui etiam ectypum fecit. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* II 1882 p. 141.

4 fin. R litterae pars superior paene nulla est, ita ut RI similis sit litterae N (CONI/// Schmitter).

21320 Scherschel in museo.

D · M ·
TANNONIA · ANTONIA
V · A · XXVI · MARITAE B M ·
ET · VAL · ANTONIO · FIL
5 VIX · AN · II ·
ET · TANNONIO FELICI ·
SOCRO · V · A · XLVIII ·
VAL · PROCESSVS

Descripsi. Waille et Gauckler. *revue arch.* 17, 1891 p. 28 n. 30.

21321 Scherschel, *rep. El-Kantara*, est in museo.

TERENTIA · CORNELIA ·
VIXIT · ANNIS · XXIV
CARA · SVIS ·
HIC · SITA · EST ·
5 SIT · TIBI · TERRA · LEVIS ·

Descripsi; vidit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 44.

21322 tria fragmenta eiusdem tabulae altae m. 0,28. Scherschel in museo.

d M
. . . m SEPTENI · PVEL
an. XVIII · MENSI · I ·
cl AVDIVS · ELEV
5 then tiHEMERENTI
S · T · T · L

Descripsit Purgold et coniunxit; idem ectypum fecit quod contulimus. Separatim ediderunt vv. 1. 2 (. . . M | . . . . TENI · PVEL) Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 136 n. 88; vv. 3—6 dimidios (cf. infra) Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 59, vv. 4—6 fin. Waille et Gauckler *revue arch.* l. c. n. 85.

Pars quam Gauckler ed. *bull. du comité* l. c., sic ab eo exhibetur:

IC
XVIII · MEN
AVDIVS · I
EMI
C

21323 Scherschel, *dans la cour intérieure de la mairie* vidit Gauckler, mox iam non invenit.

D · m
TVTO . . . .
SATVrnnus
FILIO pussimo
ST t. l.

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 107 n. 49.

21324 Scherschel in museo.

· D · M
TYCHE

Descripsi. Gaukler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 55.

21325 Scherschel, *propriété Guillemin.*

D M
VAL · MVRICLIONI
VIXIT · AN · XVII · M · XX
D · V · VAL · DEMETRI
5 A · MAT · · PIENTIS
H · S · E

Descripsi; vidit etiam Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 47.

21326 Scherschel, in parte aversa eius tabulae in qua est n. 21140.

D M
VAL · SATVRNINO
PAN · VIX · ANNIS · m . . .
D · VII · PONTEIA · MAR
5 VIXIT · ANNIS · XXX m . . .
D · XX · B m

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* II 1882 p. 140 n. 6, cf. III 1883 p. 245.

3 . . . *pan.* fortasse superest ex ethnico.

21327 Scherschel in fundo Peyron, *route d'Alger.*

D · M
L · VAL · SATVR
NVS · VIXIT · ME
NSES · V · DIES
III

Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 131 n. 55.

2 seq. corr. *Satur[ni]nus.*

21328 tabulae marmoreae frusta quattuor, rep. Scherschel *route d'Alger, propriété Pietrini* SCHMITTER; apud Schmitterum vidi EGO.

E T V A
TESTAM ento
NI · VAR
FACERE

Descripsi. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 103 n. 150.

1 fortasse superest ex [*Perp*]*etua*. — 3 fin. R, 4 fin. RE non vidi; servavit Schmitter.

21329 Scherschel.

· D · M ·
VETTIAE · IVNONIAE MARITE
CARISSIME · VIXIT · ANNIS ·
XXXVIII · M · V · D · XVII ·
5 T · VETTIO · SEVERO · FILIO · INNO
CENTISSIMO · VIXIT · ANNOS
· VI · M · IIII · D · XVIII · V · P · V · ET · P · FECIT

Vidit Purgold. Schmitter, *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 243 n. 124.

7 *V. P.* fortasse nomen mariti et patris indicat; deinde possis conicere *v(ir) et p(ater)*, vel *u(xori) et p(uero)* vel *p(rivigno)*.

21329 *a* frustum marm. altum m. 0,17, latum 0,22, crassum 0,035, litt. circa cm. 5; rep. Scherschel *propriété Archambeau.*

IVS
VICTORIE
FECIT · VI

Descripsi ad ectypum subministratum ab A. Papier, qui ad idem acceptum ab de Lhôtellerie edid. *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. XL. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 135 n. 80.

21330 fragmentum tabulae marmoreae altum m. 0,17 litteris cm. 2. Scherschel in museo.

luna
crescens
]BI · F · VIXIT · A · X
]IVS · VICTOR · [
]FIS

Descripsi; contulit Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 52.
1 in. BIE, fin. AN Gauckler.

21331 fragmenta duo eiusdem tabulae marmoreae, Scherschel, *rive gauche d'El-Kantara* SCHMITTER, deinde in museo.

luna crescens
VITALIS · BA[
AE · ATTIC[
ANNO[
HIC · S · EST · S · T · T · LEV
5 DIADVMENVS · CONSER
DE · SVO · FECIT · ·

Descripsi; vidit etiam Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 48; solam partem superiorem Cat *bull. de corr. afr.* I 1882 p. 37 n. 81.

21332 fragmentum tabulae altae m. 0,21. Scherschel *propriété Peyrond.*

M · VLPIVS · C[
VIXIT · ANN[
SITVS · EST · SI[*tibi terra levis*
SINCLETIVS[*mo*
5 NVMENT[*um suis im*
PENSIS · [*fecit*

Descripsimus ego et Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1893 p. 104 n. 43.
1 fin. CV Gauckler.

21333 (= Eph. V n. 1034) rep. Scherschel; nunc in museo.

D · M ·
M · VLPI · HAMMONI · IVN ·
VIXIT · ANNIS · V · MENS ·
HVIC · BANIVRA SIGNVM FVIT ·
5 M · VLPIVS HAMMONIVS · ET ·
GARGILIA · ARCHELAIS · FILIO ·
COMMVNI DVLCISSIMO ·

Contuli; ad ectypum quod extat inter Reniérana (ect. 32, 2) missum a Poinssot, contulit Cagnat. Missam a Schmittero ed. Villefosse *bull. épigr. de la Gaule* I 1881 p. 106.
4 Baniura gens Mauretaniae, cf. Plin. h. n. 5, 17 Ammian. Marc. 29, 5, 33 cet.

21334 (= 9439 cf. Eph. V n. 972) columna alta m. 1,20, litteris cm. 6. Scherschel apud Dupotet, inde in museo.

SIS FELIX QVI DIXE
RIS AMMONI HAVE
PERPETVO SIT TIBI
TERRA LEVIS
5 VT TVA BANIVRA M · A
IITER OSS

Recognovi post Wilmannsium. De Lhôtellerie apud Renierum n. 3955.
2 est idem (*H*)*ammonius* signo Baniura, ad quem pertinet ea quae praecedit. — 5 seq. *ut tua, Baniura, molliter oss*[*a cubent*].

21335 Scherschel, apud Peyrond (= *propriété Guillemin* SCHMITTER).

M · VLPIVS · IAERAX · VIXIT ·
ANN · XXXV · VLPIA · ASTOROPE
CONTVBER · NALI · PIISSIMO · BENE
MERENTI · MONVMENTVM ·
5 FECIT · S · T · T · L ·

Descripsi et ectypum sumpsi. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 178 n. 96.
1 IAERAX potius, teste ectypo, quam LAERAX (quod edidit Schmitter); intellege *Hierax.*

21336 tabula marmorea rep. *aux environs de Cherchel* SCHMITTER, *chez M. de Chancel* DE LA BLANCH.

D · MA · NIB ·
VLPIVS QVADRA
APER · VIX · AN LXXV
FECIT VLPIVS CLAVD
5 COPICIVS BENEME
RENTI PATRI SVO
S P C P

Descripsi ex ectypo quod exhibuit de Chancel. De la Blanchère *bull. de corr. afric.* 1882 p. 113 n. 171, *voyage d'étude* p. 100; Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 47.
5 idem nomen fuisse supra n. 6014 coniecit de la Blanchère.

21337 tabula marm. alta m. 0,24, lata 0,38, litteris cm. 2½—3; rep. Scherschel, *El-Kantara, propriété Archambeau.*

ab una parte:

VLPI · VALERIANI · FILI · RARI
SSIMI · CORPVS · HIC · SEPVLTVM
EST · QVAE · BIS BINOS · ANNOS *sic*
ET · DIES · XXVIII · HIC · FVIT · IN
5 SECVLO · VLPIVS · VICTOR
PATER · EIVS · HVNC · TI
TVLVM · POSVIT

ab altera parte:

VLPI VALERIANI FI
LI RARISSIMI CORP
VS HIC SEPVLTVM EST
QVI BINIS ANNIS DIEB ·
5 XXVIII HIC FVIT IN
SAECVLVM VLP · VIC
TOR PATER EIV HVNC TV
MVLV POSVIT

Contuli ectypum mihi subministratum ab A. Papier, qui ad idem missum a de Lhôtellerie edid. *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. XXXVIIII. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 130 n. 55.

21338 Scherschel, in parte aversa inscriptionis n. 21444.

D · M · S
VLPIE · AIAE
VIXIT · ANNIS
XVII · M · VLP
5 EMERITVS
FILIAE PIENTISS *sic*
IME · H · S · E · S · T · T · L ·

Recognovit Purgold et ectypum fecit. Schmitter *bull. épigr. de la G.* III 1883 p. 242 n. 117.
1 fin. 2 fin. quae litteris inclinatis dedimus, servavit Schmitter. — 2 *Ulpie Aiane.*

21339 Scherschel *propriété Guillemin* (= *Peyrond*) SCHMITTER. Ibidem muro immissam supra portam cellae vinariae vidit Purgold.

· D · M ·
VLPIA · FELICISSIM ·
VIX · A · XXVII · D · XXVIII
L OCTAVIVS · PHILIPPVS
5 MATRI · PIENTISSIME
FECIT · S · T · T · L

Descripsi; vidit etiam Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* II 1882 p. 140.
2 FELICISSIM Schmitter.

21340 tabula marmorea (iam tripertita). Scherschel in museo.

DIS · MANIBVS
MONIMENTVM
FECIT · VLPIE · IVLIAE
IVLIVS · SATVRNIN
5 VS · VXORI BENE
MERENTI · VIXIT
ANNIS · XXXV

Descripsi. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 64.

21341 Scherschel *propriété Guillemin* SCHMITTER; apud de Chancel vidi EGO.

D · M ·
VLPIAE · SPERATAE
QVAE · V · ANN · L
VLPIVS · ANTIOCHVS
5 CONIVGI · BENE
M · F ·

Descripsi. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 178 n. 97.

21342 tabula marm. rep. Scherschel *chez Kaddour, au delà de la porte de Ténès.*

d. m. / S
AVIAE
MATRI
PIISSIMAE
5 FILI
FECERVNT

D · M · S
VRBANO
PATRI
PIISSIMO
FILI
FECERVNT

Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 133 n. 65.
a 2 [*Oct*]*aviae* supplent editores.

21343 fragmentum tabulae marm. litt. cm. 4, rep. Scherschel, *nécropole d'El-Kantara* (*propriété Archambeau*).

d·E·B·VII
ELS·ZOTIES
PIISSIMO
F·SK·PR·L·I·V s. 173

Recognovi ad ectypum missum a Papier. Edid. Papier *comptes-rendus d'Hipp.* 1891 p. XLI n. 4 missum ab Archambeau; Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 95 n. 12.

21344a litteris cm. 2 rep. Scherschel ibi ubi n. 21026.

OVET
VIX · ANN · LVII
H · S · E · S · T · T · L

Audollent et Letaille *mél. d'arch. et d'hist.* X p. 414 n. 9.

1 *vet(erano)* coniecerunt editores.

21345a in parte aversa tabulae eius, in quo est n. 9461.

fortasse d. facere...

DE SVÓ · OB · MERITS · SVIS *sic*

Descripsit Purgold.

21347 tabula marmorea alta m. 0,132, lata 0,248; rep. Scherschel.

IS · VERIS · HONORE
NIO · VINO · CELEBRATE
DAMVS · HAEC · SANCTE · P
5 IDEAR · SAEPE · ET · IACTAS
EA · FELIX · QVOD · VOLVI · ES
vacat

Descripsi ad ectypum acceptum a L. Demaeght, qui edid. *bull. d'Oran* 1887 p. 284. Papier *comptes rendus de l'acad. d'Hipp.* 1889 p. LXXXVIII.

3 in. sic ego ex ectypo, sed de prima littera dubitans; LLO Papier; fortasse fuit [*Ge*]*nio*. — 4 fin. *pa*[*ter*]. — 6 in. sic ego, A Papier. — VOLVI · ES ego, VOLVSES Papier.

21344 alta m. 1,08, lata 0,53, litteris cm. $4^1/_2$; rep. Scherschel *sur l'esplanade*, deinde iacebat *près de la caserne Rivet*.

versus duo evanidi

//// E // R // I // VMA

versus quattuor evanidi

5 ////////// P//ANO SVO
INNOCENTISSIMO

Audollent et Letaille *mél. d'arch. et d'hist.* X p. 410 n. 5.

21345 tabula marmorea litteris cm. 1, rep. Scherschel ibi ubi n. 21203.

DVLCIS HIC SITA EST
ANNORVM DVOM
ET MENSVM · II

Waille *comptes-rendus de l'acad. des inscr.* 1888 p. 43.

1 fortasse *Dulcis* nomen fuit puellae.

21346 pars inferior tabulae marmoreae Scherschel, *provenance incertaine*.

TALIS · ER · AT

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 105 n. 156.

21348 tabula marmorea Scherschel, *provenance incertaine*.

ATOR
STVMVLIS
BIGNVS · HIC SI
RTISSIMA CAVSA
5 RIS

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 104 n. 153.

3 in. dubitationis signum adposuit editor.

21349 frustulum marmoreum. Scherschel *propriété Guillemin*.

ENT
CASIBVS
COR LEVI
AS · AESTV

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 93.

Recte observavit editor haec superesse ex carmine simillimo eius quod dedimus supra n. 9473, item Caesariensi, ubi est

et quas exsequias debebat nata parenti,
has pater adversis casibus ipse dedit.
Terra, precor, fecunda, levis super ossa residas,
aestuet infantia ne gravitate cinis.

21350 frustum marmoreum, altum m. 0,10, litteris cm. $1^1/_2$—2. Scherschel rep. *propriété Archambeau*.

EPEREMPT
A · LEGES ·

Descripsi ad ectypum subministratum a Papier, qui ad idem, missum a de Lhôtellerie, edid. *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. XLI. Ex lapide Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 98 n. 20.

21351 fragmentum altum m. 0,15. Scherschel in museo.

R E D
CATO
VM · M
CONS
5 MVNI
TITVLC

Descripsi; ad ectypum adservatum inter Renierana (sched V 30), contulit Cagnat. De Lhôtellerie sched. Renier. V 30 (inde Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 178 n. 805); Waille et Gauckler *rev. arch.* t. 17, 1891 p. 132 n. 61.

4 CONS de Lhôt., CON Waille et Gauckler.

21352 (= 9555) fragmentum tabulae altae m. 0,12 latae quatenus extat m. 0,5 litteris cm. 1. Scherschel in museo.

M
SVC
QVOI
FVTV
5 CONC
DICRO

Descripsi post Wilmannsium, vidit etiam Purgold.

4 FVIN Wilm.

21352a Scherschel *chez M. Ferrand*.

Eovx
NV
CON

Descripsi.

21353 (= 9560) litteris cm. 3. Scherschel in museo.

FVNVS · SY
SEPR · MAC

Recognovit Purgold. Descripsit Wilmanns (inde supra l. c.); de Lhôtellerie sched. Renier. V 16.

1 fin. videtur fuisse SY···. — 2 prima littera fortasse fuit S, secunda aut I aut E.

21354 fragmentum altum m. 0,8 latum m. 0,9. Scherschel in museo.

d m · S
S · INFNS
VS

Descripsi; vidit etiam Purgold.

21355 Scherschel in domo ubi n. 9480.

SAPIAM
FECI

Delamare in schedis Renieri XLVI, 1.

21356 fragmentum tabulae altum m. 0,10. Scherschel in museo.

E · MERENTI
· STATVIT · ME
sic TIBI · TERRA · L*evis*

Descripsi; vidit etiam Purgold.

Fortasse superest ex carmine.

21357 fragmentum altum m. 0,12, litteris cm. $1^1/_2$. Scherschel in museo.

RIS
I
E · MANSI ·
IS

Descripsi; vidit etiam Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 109 n. 66.

21358 fragmentum altum m. 0,11, latum m. 0,8. Scherschel in museo.

APIDI · H
*op*TVMA ·
E · V
ATVS

Descripsi. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 58.

21359 fragmentum litteris altis cm. 7 rep. Scherschel *chez Hanafi, près la porte de Tenès.*

SVCVRI
CTORVM
INATVS
VT ·

Waille *comptes-rendus de l'acad. des inscr.* 1888 p. 44.
2 fortasse [*san*]*ctorum.*

21360 tabula crassa marmorea, rep. Scherschel *dans les fondations de la maison Pietrini.*

/// D V N T V R ///
// S · T A M M //
/ / / / / / /

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 49 n. 70.

21361 fragm. marmoreum altum m. 0,09, latum m. 0,16. Scherschel rep. ibi ubi ea quae praecedit.

AGENS · R
II · D · XII

Descripsit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III p. 49 n. 72 cf. p. 246.

21362 litteris vv. 1—3 cm. 2, v. 4 cm. 1. Scherschel apud Ferrand.

N · VIII
S · SVIS
AR · SVAE ·
K SEPT ANN XXXXII

Descripsi et ectypum feci.
4 SEPT in ectypo non apparet.

21363 Scherschel in museo.

S · V
a. d. · NO DECEB
EQIS · M ·

Descripsi; vidit etiam Purgold. Acceptam a Schmittero ed. Villefosse *bull. épigr. de la Gaule* I 1881 p. 107.

21364 Scherschel in museo.

ARSCV
TI · THA
T · EAE T

Descripsi; vidit etiam Purgold.

21365 Scherschel.

VILIM
f ECIT FRA*tri*
VS ET C
IVS CO
s NE

Descripsi; vidit etiam Purgold.

21366 fragmentum tabulae ex marmore flavo, altum m. 0,11, latum m. 0,19. Scherschel in museo.

RODI
ANN · IX ·
MATRI ·
♀

Descripsi; vidit etiam Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 60.
2 fin. IX Gauckler.

21367 Scherschel.

M V I M I X A
AL · M · VXORI
EERENTI FECIT

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 109 n. 64.

21368 fragmentum tabulae crassae cm. 4, altum m. 0,13. Scherschel in museo.

A R V S ·
FL · F
VIX · A

Descripsi; vidit etiam Purgold. Waille et Gaukler *rev. arch.* 17, 1891 p. 135 n. 78.
1 . . . ARVS| Waille et Gauckler.

21369 fragmentum tabulae marmoreae crassae cm. 4½, altum m. 0,11. Scherschel in museo.

AQV
BENE
H · S ·

Descripsi; vidit etiam Purgold.

21370 fragmentum marmoreum, Scherschel apud Peyroud.

VRA · V
A · AN
E N

Descripsi; recognovit Purgold.

21371 fragmentum rep. Scherschel, *propriété Archambeau.*

D *m*
M E R
R I S I
VIX · A

Contuli ad ectypum missum a Papier, qui edidit ad idem ectypum *comptes-rendus d'Hipp.* 1890 p. XLI n. 11. Ex lapide Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 100 n. 28.
2 MER| Gauckler. — 3. 4 sic Gauckler; RIS|, VA ego ex ectypo, item Papier.

21372 litteris cm. 1½. Scherschel rep. *nécropole d'El-Kantara.*

CIVS C
ETI · F · V
D I E B V ·

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 99 n. 26.

21373 (= 9497 = 9565) litteris cm. 3. Scherschel in museo.

tous creverunt sunt
I A E · L · HIC
r
Q EIVS · OB

Descripsi. Antea descripsit Wilmanns (inde supra n. 9565). Ad ectypum Renier n. 4019 (inde supra n. 9497); cf. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 147.
2 sic Wilm., I ego. — 3 sic ego, A Wilm.

21374 (= 9530) fragmentum marmoreum altum m. 0,10, latum m. 0,075. Scherschel in museo.

V S
AEL · L ·

Descripsit Purgold. De Lhôtellerie sched. Renier V 52, unde ed. Renier n. 4016 (inde supra l. c.).

21375 (= 9546) litteris cm. 2. Scherschel in museo.

I V N X A
M I L A

Descripsi post Wilmannsium. Ex ectypo quod De Lhôtellerie olim misit Reniero (sched. Renier. V. 30) descripsit Cagnat.
2 potest fuisse [*For*]*tunata.*

21376 litteris cm. 1½. Scherschel rep., *nécropole d'El-Kantara.*

C
M · V · D*iebus*
T I V S · A B S

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 100 n. 30.

21377 discus marmoreus latus m. 0,20 (*sorte de couvercle taillé dans une inscription funéraire*), Scherschel rep.

I N I S
I C R I T
B M E R

Waille *bull. du comité* 1893 p. 137.

21378 fragmentum altum m. 0,10 litteris cm. 2. Scherschel in museo.

R V M
F O R

Descripsi. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 54.

21379 litteris scariphatis potius quam incisis Scherschel in museo.

OP
AMPE

Descripsimus ego et Purgold.

21380 Scherschel, *propriété Guillemin* SCHMITTER; pars extat in museo.

ego: Schmitter:

VLI D M S
PVBLI ... VBLIAE
TRI MATRI FILI

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1883 p. 179 n. 104.

21381 (= 9533) fragmentum marmoreum altum quatenus extat m. 0,15. Rep. prope Scherschel *sur la route d'Alger, dans la propriété de M. Augier.* Iam in museo.

VS
FILIAE
H·S·E·S

Descripsi. Villefosse *arch. des miss.* 3, 2 (1875) p. 399 (inde supra l. c.); Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 136 n. 86.

21382 fragmentum altum m. 0,20 litteris cm. 2. Scherschel in museo.

TIVS
NIS
S·T·L·

Descripsi; vidit etiam Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 61.

21383 fragmenta tria tabulae marmoreae. Rep. Scherschel *nécropole d'El-Kantara.*

III MENses DI
XXII HIC ATA·EST
S·T·T·L

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 99 n. 24, qui frustulum ex tribus medium (nam diversum esse non puto) praeterea edidit l. c. p. 100 n. 32, sic:

IV
IX·HIC
S·T·T·L

21384 fragmentum altum m. 0,19 litteris cm. 2. Scherschel in museo.

MESe
piA VIXIT
XX DIE
NVSTI
MATER

Descripsi; vidit etiam Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 108 n. 57.

4 incertum utrum NVSTI an NVSII an NVSIT (NVSI Gauckler).

21385 fragmentum altum m. 0,15. Scherschel in museo.

E·FI
VIXIT
MENS
D·V

Descripsi; vidit etiam Purgold.

21386 fragmentum altum m. 0,16. Scherschel in museo.

E·ET SIBI
VIXIT
D·VIII·

Descripsi; vidit etiam Purgold.

21387 fragmentum marmoreum altum m. 0,16. Scherschel in museo.

ENSES
III·E
S·M·
IX

Descripsi; vidit etiam Purgold.

1 ex. ....INIO videri superesse adnotavit Purgold.

21388 fragmentum altum m. 0,15. Scherschel in museo.

V
IXIT·A
V·DIES·XII·
E·S·T·T·L·

Descripsi; vidit etiam Purgold.

21389 litteris cm. 2. Scherschel rep. *nécropole d'El-Kantara.*

-rOSA AM
AVIAE Piissimae

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 98 n. 21.

21390 fragmentum altum m. 0,11 litteris cm. 1. Scherschel in museo.

TAE·SVAE
monVMENTVM
fECIT

Descripsi; vidit etiam Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 109 n. 63.

21391 alta quatenus extat m. 0,22 litteris v. 1 cm. 4, v. 4 cm. 2.

S V
CA·SOROR·
HOC·MONVMENT
VM F·L·M·

Descripsi et ectypum feci; vidit etiam Purgold.

21392 fragmentum altum m. 0,105, latum m. 0,065. Scherschel in museo.

CON
AE·
VIIII·
I·S·T·L

Descripsi; vidit etiam Purgold.

21393 fragmentum altum m. 0,14. Scherschel in museo.

IA
nonu LENTV
CILIAE

Descripsi; vidit etiam Purgold. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 136 n. 82.

21394 fragmentum altum m. 0,12 litteris cm. $1^1/_2$. Scherschel in museo.

S·XLVI
VS CONIV
MERENTI

Descripsi; vidit etiam Purgold. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 136 n. 91.

1 XLV, 2 CONIVGI Waille et Gauckler.

21395 fragmentum altum m. 0,09, latum m. 0,16 litteris cm. 3. Scherschel in museo.

ET DVLCISSIM
ANNIS·XIII A
T·L

Descripsimus ego et Purgold. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 136 n. 94.

21396 fragmentum marmoreum litteris v. 1 cm. 7, v. 2 cm. 2, rep. Scherschel.

VIXIT

Contulit Cagnat ad ectypum quod Iuba de Lhôtellerie miserat Papiero. Ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1889 p. LXXXVII n. 3.

21397 fragmentum tabulae marmoreae altae m. 0,09, rep. Scherschel.

VIXSIT
VS·
V

Ad ectypum missum ab Iuba de Lhôtellerie edid. Papier *comptes-rendus d'Hipp.* 1889 p. LXXXVII n. 1.

21398 fragmentum altum m. 0,13, litteris cm. $1^1/_2$. Scherschel in museo.

V·POS
·ZV
AN

Descripsi; vidit etiam Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 107 n. 51.

21399 fragmentum altum m. 0,17 litteris cm. 3½. Scherschel in museo.

ET
EM
n

Descripsi; vidit etiam Purgold. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 135 n. 75.

21400 litteris cm. 6. Scherschel in museo.

. . . EV. . .
. . ANIA . . .

Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 135 n. 74.

21401 litteris cm. 3. Scherschel in museo.

. . . . A · QVE
. . . M

Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 136 n. 84.

21402 litteris cm. 7. Scherschel in museo.

. . . ANO . .
. . . MITA . .

Waille et Gauckler *rev. arch.* 17, 1891 p. 135 n. 73.

21403 litteris cm. 25. Scherschel in museo.

. . . AM . . .

Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 135 n. 71.

21403*a* fragmentum Scherschel rep., est Parisiis in museo.

coniVGI · CArissimae
CAV

Villefosse *Gazette archéologique* 1887 *chronique* p. 26.

21403*b* litteris cm. 3. Scherschel.

TIS
RI

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 109 n. 69.

In parte aversa superest ex alia inscriptione sola littera (alta cm. 7) c.

21404 in fragmento operis musivi, in quo expressae sunt feminae tres flores manibus tenentes. Scherschel, *ferme Nicolas.*

MIC
MON

Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 110.

21405 fragmenta marmorea rep. Scherschel, *propriété Archambeau.*

SIMAE — IBO / IOR — . . . / AE / N — RO / V — N

Contuli ectypa mihi subministrata ab A. Papier, qui ad eadem missa ab de Lhôtellerie edid. *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1890 p. XLI n. 13. 15. 16. 17. 18.

21406—21411 fragmenta rep. Scherschel a. 1856, *dans les fouilles que j'ai dirigées dans les thermes occidentaux* DE LHÔTELLERIE.

21406 litt. c. 3½	21407 litt. c. 5.	21408 litt. c. 7	21409 litt. c. 8	21410 litt. c. 4	21411
E · V / TAN	PR / ET	TI	ABI	EC	

Ad ectypa, quae de Lhôtellerie misit Reniero (sched. V 26), descripsit Cagnat. Fragmentum secundum et tertium descripsit Purgold, solum tertium etiam Wilmanns (inde supra n. 9576).

Singularum litterarum frustula, quarum ectypa extant sched. Renier. l. c., omisimus.

21412—21416 fragmenta marmorea rep. Scherschel, ibi ubi n. 20979.

21412 m. 0,10 — m. 0,15 litteris cm. 9	21413 m. 0,14 — m. 0,14 litteris cm. 5	21414	21415	21416 alta cm. 8
N	IT	QVI	RI	M
ONI	GR	TAT	TT	
	TI	OT		

Waille *comptes-rendus de l'acad. des inscr.* 1889 p. 366.

21417 (= 9412) tabula marmorea fracta rep. Scherschel. Nunc adservatur Alger in museo.

AVVS
sACERDOS
S PRB ANN XGII
ANIS LGIII
s CCC XXGIII p. Chr. 534?

Audollent et Letaille *mél. d'arch. et d'hist.* X p. 402 n. 1. Imperfecte descriptam ed. Renier n. 4009 laudans Delamarium (inde supra l. c.).

Videtur esse epitaphium episcopi (sacerdotis), qui antea fuerat presbyter per annos XVIII, et defunctus est annorum LIX. — 5 numerus incertus; nec quot c fuerint (nam ectypum etiam CCCC admittere) nec quot x constare aiunt editores.

21418 (= Eph. V n. 1035) fragmentum tabulae marmoreae sexangulae (quae fortasse ipsa dissecta fuit ex tabula maiore). Rep. Scherschel, *El-Kantara*; nunc in museo.

CRESCEns
SPILOFIX
EPIsCop

Descripsi; recognovit Purgold. Cat *bull. de corr. afric.* 1882 p. 37 n. 35; Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* II 1882 p. 193, iterum III p. 245; de la Blanchère *bull. de corr. afric.* 1883 p. 113 adn. 2 et *voyage d'étude* p. 100 seq.

2 fin. superesse ex v littera notavit Purgold (S·FILO ZIV... Schmitter a. 1882); quid subsit, nescio.

21419 in margine sarcophagi striati christiani, Scherschel in museo.

ALOCI

Descripsi; vidit etiam Purgold. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 111 n. 1, *musée de Cherchel* p. 41.

21420 in eadem tabula in qua n. 21429. 21430 in ea parte in qua n. 21429 in latus introrsa.

V MEMORIA
AELI PLA
DXL CENTI

Descripsit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 233.

21421 tabula marmorea. Scherschel in museo

oliva
ancora arbor ancora
MEMORIA
AMANDAE

Descripsi et ectypum feci. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* II 1882 p. 141. Delineavit Gauckler *musée de Cherchel* p. 36.

21422 fragmentum tabulae marmoreae rep. Scherschel, *El-Kantara*, est in museo.

BONA MEMo
RIA AVFID:
VICXit

Descripsi. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 180 n. 110.

21422a in parte aversa inscriptionis supra n. 9504. Scherschel rep., nunc Parisiis in museo.

MEMORIA
CEADITIS · VI
XIT IN PACE AN
NIS SEXAGINTA

Villefosse *bull. des antiq. de France* 1894 p. 174.
4 tertiam litteram tam pro A quam pro R haberi posse ait Villefosse.

21423 tabula marmorea alta m. 0,36, Scherschel rep. *dans la propriété Grégori, sur la route de Ténez* SCHMITTER.

bone MEMORIe
*cre*CENTIE · IN
*pa*CE · HIC ·
*quie*CIT · ZENON ·
5 VS · FECIT ·

Contulit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 63 n. 137.

21424 (= Eph. V n. 1307) tabula marmorea rep. Scherschel *sur la route de Ténez, non loin d'El-Kantara.*

B M R
FRIDILA IN
PA QVIISCIT
☧ A

Contulit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* 1884 p. 63 n. 135 cf. p. 235.
In signo Christiano ω litteram addere omisit quadratarius.
B(onae) m(emo)r(iae) | Fridila in | pa(ce) qu(i)escit.

21425 inscriptio margine circumdata (*dans un cartouche à queues d'aronde*) GAVCKLER. Prope Scherschel *sur la route de Ténez, non loin d'El-Kantara* SCHMITTER, *dans la propriété Hanafi* GAVCKLER.

MAMME
IN PACE

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 232 n. 160; Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 92 n. 7.

21426 tabula marmorea Scherschel rep. *propriété Boyer, route de Ténez.*

BONAE ME
MORIAE PVLLI
VICSIT · M
XI · DIESQVE NOVE

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 139 n. 91.

21427 tabula marmorea rep. Scherschel *à gauche de la porte de Ténès, propriété Delkich.*

BONE MEMORIÆ
SATVRAS · VIXIT ·
ADNIS · P · M··
IN PACE HIC · QVIES
5 CIT · FILI · ET · NEPOTES
EIVS FECERVNT

Waille *bull. du comité* 1895 p. 58.
3 ADNIS editum est, nescio utrum ex lapide, an errore typographi.

21428 prope Scherschel rep. *dans la propriété Riffard (route d'Alger).*

BONE MEMORIAE · SATVRINIVS
ICCEQQVET · HIN · PACE · FECIT MEM
ORIAS · VNA · QVM · FILIS · SVIS
VIXIT · ANOS · SEXSAGINTA

Waille *bull. du comité* 1893 p. 134.
2 ICCEQQVET barbare scriptum esse pro HIC QVIESCIT recte observavit editor.

21431 tabula marmorea litteris cm. $1^1/_2$. Scherschel rep. ibi ubi n. 21347.

☧
A ω
SCANTESIA
*q uae no*S PRAECESSIT
*in pac*E VIXIT
5 *annos* .. MENSES
*quat*VOR ET

Descripsimus ego ad ectypum acceptum a Demaeght, Cagnat ad ectypum acceptum a Papier. Ediderunt Demaeght *bull. d'Oran* 1887 p. 283; Papier *comptes-rendus d'Hipp.* 1889 p. LXXXVIII n. 4 (ad ectypum acceptum a Iaba de Lhôtellerie); Waille et Gauckler *revue arch.* 17 (1891) p. 148.
1 SCANTESIA plerique, A SCANTESIA Waille-Gauckler, recte ut videtur.

21432 Scherschel ut videtur rep.

E SECVRE
CASSENTVS
A ET VICTOR
MATRI SVAE
5 *fece*VNT

A nescio quo descriptam De Lhôtellerie misit Reniero anno 1857, sched. Renier. n. 460 et V 52 (inde Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 160 n. 703).
4 in scr. MATRI.

21429 fragmentum tabulae marmoreae altae m. 0,58 (in latus intrusa est n. 21420). Prope Scherschel rep., *route de Ténez.*

ROM
II
QVIE

Descripsit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 233 n. 165.

21430 in parte aversa fragmenti eius quod praecedit.

ROMANILLA
CE
SCVNT

Descripsit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 233 n. 165.
2 lapis tam CE ([*in pa*]*ce*) quam CF (= *clarissima femina*) admittit; illud tamen praeferendum videtur.

Inscriptiones in hac tabula exaratas similes fuisse et ad eosdem homines pertinuisse, Romanillam et coniugem eius, recte ut videtur coniecit Schmitter.

21433 fragmentum tabulae marmoreae Scherschel rep. eodem loco ut videtur ubi n. 21428.

TILAV
GEHIc
QVIE
SCIT

Waille *bull. du comité* 1893 p. 135 n. 21.

21434 tabula alta m. 0,34, lata m. 0,46, rep. in fundo Pietrini, 3 chil. a Scherschel occidentem versus, deinde Scherschel in aedibus Pietrini PVRGOLD. Iam Algerii, *chez M. Huré, avocat* WAILLE.

sic VENANANTI
VS IN PACE

Descripsit Purgold. Waille et Gauckler *revue arch.* 17, 1891 p. 134 n. 70.
1. 2 scr. VENANTIVS.

21435 in lapide rudi ac scripturae recipiendae parum aptato. Scherschel *propriété Grégori.*

SERVV
SVATA
columba *rosa* *columba*

Descripsit Purgold.

21436 Scherschel, extabat apud Romain horologiarium.

...
OSPI
ICLVs
CESQVR

Descripsit Purgold.

21437 rep. Scherschel ibi ubi n. 21425.

CE
· DIM
· TAM

Descripsit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 232 n. 162.

21438 rep. Scherschel ibi ubi n. 21425.

*dece*SSIT D
BES · ET · VICXIT *annis*
MENSIBV

Descripsit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 233 n. 163.

TITVLI GRAECI.

21439 litteris altis cm. 12. Ipsa inscriptio periit, extant partium eius ectypa antiquitus impressa in tectorio cubiculi alicuius, quod repertum est Scherschel anno 1890. *Gravée à l'envers et en relief* DELAMARE de particula *b*.— *Trois fragments, trouvés aux fouilles de l'Esplanade dans une chambre nouvellement déblayée. Les murs de cette chambre portaient les traces d'un revêtement de marbre. On avait utilisé à cet effet d'anciennes plaque de marbre portant des inscriptions grecques; on les avait simplement retournées. Les plaques de marbre ont disparu; mais les inscriptions ont laissé sur le ciment des murs des empreintes assez nettes que l'on puisse en déchiffrer quelques fragments* WAILLE-GAUCKLER; *a* et *b* extiterunt in diversis cubiculi parietibus, *c* in scala. Ceterum iam multo ante annum 1890 aditum fuisse certe ad particulam *b* colligitur inde, quod Delamarius eam vidit.

a	*b*	*c*
ΒΑΣΙΛΕ	Ν ΚΑΙΣ	///ΙΔΙ/Ω

Waille *bull. du comité* 1890 p. 398; Waille et Gauckler *rev. arch.* 17, 1891 p. 19 n. 3—5. Multo antea, sed solam partem *b*, viderat Delamare sched. Renier. XLVI 1 (inde Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 180 n. 810).

b ΝΚΑΙΣ] sic Waille et Gauckler anno 1891, ΑΝΚΑΙΣ Delam., ΑΙΚΑΙΣ Waille a. 1890, quod fortasse praeferendum, ut fuerit [κ]αὶ Καίσαρ. — *c* Ω . . . ΙΔΙ Waille 1890, sed oblitus ut videtur litteras invertere.

21440 (= 9596) fragmentum marmoreum altum m. 0,10, litteris cm. 2. Scherschel in museo.

ΛΑΜΕ
ΚΑΙΣΑΡΕΙ
ΣΑΡΗΑΠΥΓΑ

Descripsit Purgold et ectypum fecit. Renier n. 3883 ad ectypum acceptum a De Lhôtellerie. Titulus ad ludos pertinuit, cf. supra p. 1985.

21441 (= Eph. V n. 1036 cf. VII n. 509) arula marmorea Scherschel rep. *sur la rive gauche de l'oued El-Kantara, dans la propriété Ferrand* SCHMITTER. Iam in museo.

ΜΕΣΟΛΑΣΟΥΛΑΟΣΣΩΝ
ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΙΤΩΔΣΚΑΤΙΜΙ
ΠΑΓΚΡΑΤΙΟΝΝΙΚΗΣΑΣ ΩΝ
ΛΥΓΔΑΜΟΣΕΙΚΟΣΙΠΕΝΤΕΕΤΕ

Descripsi et ectypum sumpsi; recognovit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 62 n. 130.

Μεσσλασουλάσσων ὑπὸ μνήματι τῷδ[ε] κάτ(ε)ιμι
παγκράτιον νικήσας Λύγδαμος, εἴκοσι πέντε ἐτέων.

1 fortasse iungendum ὑπὸ μνήματι τῷδε Μεσσλασουλάσσων, et Μεσσλασουλάσσων vocabulo intellegendos Massaesylios, quae gens olim has terras tenuerat; ita ut scriptor dicere voluerit Lygdamum in terra Africa, procul a patria, tumulo conditum esse.

21442 fragmentum marmoreum altum m. 0,17, litteris cm. 2; rep. Scherschel *El-Kantara, propriété Archambeau.*

ΚΩΜΩΝΙΟΣ
ΚΤΙΛΕΜΑΙΟΥ

Descripsi ad ectypum subministratum ab A. Papier, qui ad idem missum ab de Lhôtellerie edid. *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1890 p. XXXVIII n. 1. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 98 n. 19.

21442*a* tabula marmorea alta m. 0,20, lata m. 0,30. Rep. Scherschel *sur la route de Ténez, non loin d'El-Kantara* SCHMITTER.

ΒΙΚΤΩΡ

Descripsit Purgold. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 63 n. 136.

Videtur intellegendum esse Βίκτωρ (= *Victor*).

21443 Scherschel rep. *propriété Peyron.*

Θ · Κ ·
ΙΟΥΛΙΑΝΩ
ΘΡΕΠΤΩ
ΤΕΙΜΙΩ
5 ΚΑΣΤΡΙΚΙ
ΟΣ · ΦΙΛΗ
ΤΟΣ · Ε
ΠΟΙΣΕΝ

Waille *revue arch.* 17, 1891 p. 400. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 103 n. 40.

2 ΙΟΥVIANO Waille (fortasse errore typogr.). — 5 ΚΑΣΤΡΙΚΙΟΣ Waille, ΚΑΣΤΡΙΚΙ|ΟΣ Gauckler, sed addit Ρ litteram similem esse duarum litterarum contignatarum. — 6. 7 ΦΙΗΛ|ΤΟΣ Waille.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις). Ἰουλιανῷ θρεπτῷ τειμίῳ Καστρίκιος Φιλητὸς ἐποίησεν.

21444 tabula, in cuius parte aversa postea incisus est titulus Ulpiae Anianae (n. 21335). Scherschel.

ΧΡΥΣΟΜΑΛ
ΛΟΣ ΧΡΥΣΟ
ΣΤΟΜΩ ΤΩ
ΑΔΕΛΦΩ

Descripsit Purgold et ectypum fecit. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 242 n. 118; cf. Gauckler *bull. du comité* 1892 p. 110.

1 quod in litteram C intrusum est: ⸱, non pertinet ad inscriptionem.

21445 (= Eph. V n. 1037) tabula marmorea Scherschel, rep. *dans la propriété Marcadal sur l'oued El-Kantara* SCHMITTER; deinde in museo.

ΑΡΤΙΜΕΝΗΠΙΑΧΟΙΣΤΡΑΥΛΙΣΜΑΣΙΠΑΤΡΙΠΟΘΙΝΑ
ΠΡΟΣΣΑΙΡΟΝΘΟΠΙΚΡΟΣΝΑΥΣΤΟΛΟΓΗΣΕΑΧΕΡΩΝ
ΑΥΓΡΑΔΕΜΩΓΕΝΕΤΑΠΕΝΘΗΛΙΠΟΝΟΥΝΕΚΑΠΑΙΔΟΣ
ΕΨΕΥΣΘΗΚΛΑΙΕΙΔΟΙΚΤΡΟΝΕΜΟΝΒΙΟΤΟΝ
5 ΑΝΤΙΔΕΜΟΙΘΑΛΑΜΟΥΤΑΦΟΝΩΠΑΣΕΠΑΝΤΑΔΕΤΑΜΑ
ΛΑΙΨΗΡΟΝΦΘΙΜΕΝΩΝΠΥΡΑΠΕΝΟΣΦΙΣΑΤΟ
ΩΜΑΚΑΡΕΣΘΝΗΤΩΝΟΣΟΙΟΥΓΑΜΟΝΟΥΔΕΜΕΡΙΜΝΑΝ
ΕΓΝΩΤΕΣΦΑΛΕΡΑΣΤΕΚΝΟΤΡΟΦΟΙΟΤΥΧΑΣ

Descripsi et ectypum feci. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 62 n. 131. A me acceptam Kaibel *Herm.* 19, 1884 p. 324.

Ἄρτι με νηπιάχοις τραυλίσμασι πατρὶ ποθ(ε)ινὰ
Προσσαίρονθ' ὁ πικρὸς ναυστολόγης Ἀχέρων.
Αὐγρὰ δ' ἐμῷ γενέτᾳ πένθη λίπον, οὕνεκα παιδὸς
Ἐψεύσθη, κλαίει δ' οἰκτρὸν ἐμὸν βίοτον.
5 Ἀντὶ δ' ἐμοὶ θαλάμου τάφον ὤπασε, πάντα δὲ τἀμὰ
Λαιψηρὸν φθιμένων πῦρ ἀπενοσφίσατο.
Ὦ μάκαρες θνητῶν, ὅσοι οὐ γάμον οὐδὲ μέριμναν
Ἔγνωτε σφαλερὰς τεκνοτρόφοιο τύχας.

21446 fragmentum altum m. 0,10, latum m. 0,07. Scherschel in museo.

ΛΩΔ
ΤΕΙ

Descripsi; vidit etiam Purgold.

XXIV. GVNVGV (ad sacellum *Sidi Brahim* prope *Guraya*).

Gunugu (sic Plin., idque verum videtur, cf. *Chullu, Rusuccuru*; *Gunugus* itinerarii codex optimus, deteriores variant inter *Ganucus* et *Cunucus*, Κανουκίς Ptolem.) oppidum, situm in ora Mauretaniae Caesariensis inter Caesaream et Cartennam memorant Plinius h. n. V 2, 20, Ptolemaeus IV 2, 5, itin. Ant. p. 15; ubi cum XXII (sic codices plerique; in optimo codice tamen est numerus XII) milia passuum a Caesarea collocetur, vix potuit esse dubium quin fuerit paullo ultra vicum *Guraya*, circ. 30 chil. a Scherschel distantem; idque verum esse apparuit repertis inscriptionibus quae sequuntur; quarum unam (n. 21451) posuit *resp. G(unugitanorum)*. — Inscriptionem Punicam eodem loco repertam memorat du Rieux *comptes-rendus de l'acad. des inscr.* 1887 p. 245. — Fuit autem, teste Plinio, Gunugu colonia inde a temporibus Augusti, deducta eo cohorte praetoria. *Aedilis, duovir iterum, duovir quinquennalis, flamen Augusti*, Gunugu sine dubio, fuit is cui positus est titulus n. 21452. Praeterea *dec(urio) Gun(ugitanus)* reperitur in inscriptione Auziensi supra n. 9071, *Gunugitana* aliqua in Caesariensi supra n. 9423. Episcopus Gunugitanus occurrit in notitia a. 484 inter episcopos ab Hunerico rege in exilium missos. — Ad territorium Gunugitanum videtur pertinuisse *pagus salutaris Silonensis*, cuius *tribunum, electum ab ordine* (Gunugitano), habemus n. 21452.

21447 (= Eph. VII n. 523) lapis calc. altus m. 0,53, latus 0,75, crassus 0,22; litteris cm. 5. Rep. *à 4 kilom. ouest de Gouraya dans la concession Bonnefoi* (non longe a loco ubi prodiit n. 21450) SCHMITT. Inter Guraya et Villebourg in corte fundi Bonnefoy vidit etiam PVRGOLD.

IMP CAES Ꞇ // Ѧ ///
G PONTIFICI MAXIMO G
TICO · MAXIMO · BRIT
XIIII CONSVL · VI · P · P · a. 297
NOBILISSIMO CAE
...

Descripsit Purgold et ectypum sumpsit. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV 1884 p. 231 n. 158.

1 fin. CꞆ/ꜵꞆ ex lapide enotavit Purgold, ceterum incerta ea esse significans; in ectypo post CAES cernitur C et paullo post ꜵꜰ vel ꜵꜰ; IMP CAES FLAVIO Schmitter qui titulum rettulit ad Constantinum. — 4 tribunicia potestate XIIII consules VI fuerunt Diocletianus anno 297, Constantius et et Galerius anno 306. (Constantinus trib. potestate XIIII fuit consul non VI sed V). Videtur autem intellegi Diocletianus, cum n. 21450, pars inscriptionis gemellae, pertineat sine dubio ad Maximianum. — 5 NOBILISSimo CAE[Schmitter, minus recte. — 6 sic Purgold; ectypum certe DID litteras initio positas confirmare videtur.

21448 (= Eph. VII n. 524) lapis calc. altus m. 0,38, latus 0,55, crassus 0,15, litteris v. 1 cm. 8½, v. 2 cm. 10. Rep. una cum n. 21447.

PRESIDE
CAES

Descripsit Purgold et ectypum sumpsit. Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* IV p. 231 n. 158.

21449 (= Eph. V n. 1038*b*) lapis altus m. 1,04, latus m. 0,68, litteris altis v. 1 cm. 5½, v. 5 cm. 5, v. 8 cm. 8½. Rep. una cum n. 21450.

O INVICTO PIO FE
GOTICO MAXIMO
BVNICIAE POTES
///A////I///
MORDO SPLEN
RVM INSTANTE
IANO VP
ANIAE

Descripsit Purgold et ectypum fecit. Acceptam a de Chancel edidi Eph. V l. c.; ab eodem Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* III 1883 p. 141; de la Blanchère *bull. de corr. afr.* 1882 p. 262, a quo Perrot *comptes-rendus de l'acad. des inscr.* 1883 p. 150.

4 ex litteris erasis in ectypo A et postea I legere nobis visi sumus; Purgold vestigia haec enotavit: / DVALI ///// VA, sed nulla certa esse addens.

N. 21447—21450 spectare ad inscriptiones uno eodemque tempore positas pro certo poni posse videtur; n. 21447—21449 etiam ex uno eodemque lapide superesse coniecerim; certe eo ducit magnitudo lapidum litterarumque uniuscuiusque versus. Videtur autem inscriptio posse fuisse:

imp. Caes. C. [V]al[*erio Diocletian*]o invicto pio fe[*lici Au*]-
g. pontifici maximo G[*ermanico maximo G*]otico maximo [*Sarma*]-
tico maximo Brit[*tannico maximo tri*]buniciae potes[*tatis*]
a. 297 XIIII consul VI p. p. [*et Gal. Valerio M*]a[*ximiano*]
nobilissimo Cae[*sari*] . . . m ordo splen-
[*didissimus*] . . . . [*Gunugitano*]rum instante
[*ac dedicante*] . . . iano v. p.
preside [*prov. Maure*]taniae
Caes.

Propter scabritiem lapidis (cf. ad n. 21450 v. 6) fieri potest ut spatia vacua relicta vel inaequaliter scripta fuerint. — 2 Gothici cognomen in Diocletiano praeterea non videtur inveniri.

21450 (= Eph. V n. 1038*a* cf. VII n. 522) lapis altus m. 1, litteris altis cm. 5½. Rep. *4 kil. ouest de Gouraya, dans la démolition d'un mur en pierres de taille, et très fort, qui séparait du continent la presqu'île où s'élève le marabout de Si Braham-el-Kouas* SCHMITTER. Ad marabutum Sidi Brahim vidit etiam Purgold.

IMPERATORE
PIO FELICI AVG
MAXIMO SARM
CIAE POTESTA
CONSTANTIO
OR DO
INSTANT EAC

Demaeght *bull. d'Oran* 1895 p. 71 n. 1222 delineavit ad imaginem photographicam missam a Paris (Relizane).

1 *Bura*(nus), 3 *Burdanus* legit editor, recte ut videtur.

21536 (= 9726) rep. *dans les ruines de la ville romaine qui était située à 4 kilomètres au sud de Relizan* LAPASSET. Rep. et adservata cum ea quae sequitur DEMAEGHT.

sic tuncata

D·S·M·O·S·
DOMITIO CELER
NO V·A·LX·DOMITA
CELERNA FRAT·B·M

Lapasset (*commandant supérieur de la subdivision de Mostaganem*) *rev. Afr.* 9 p. 149; Demaeght *bull. des antiq. afr.* 1884 p. 102 n. 344.

1 D·C·M·L·S Lapasset. — 2. 3 DOMTIO CELER|NO Lapasset, DOMITIANO PRIMO Demaeght. — 4 CELERNA RAT·B·M Lapasset, AMANTISSIMO M Demaeght.

21537 rep. in ruderibus antiquae Minae 3 chil. inter meridiem et occidentem a Relizane ubi nunc adservatur positus in muro aedium Bonhomme pharmaceutae (iam magistri vici Sauve DEMAEGHT *bull. d'Oran* 1887 p. 264).

praesemo

D M S
MVSTIVS AN
NIANVS PIVS
V ANN XXX·D·XL
MVST·ALCIMVS·F
KARISSIMO·F

Demaeght *bull. des antiq. afr.* 1884 p. 102 n. 348.

21538 rep. in vico cui nomen *l'Hillil* in fundo Marquès, iam immissa *dans le mur du moulin Petit à 2 kil. de L'Hillil, sur la route de L'Hillil à Mascara par Kala.*

D M S
Q MARCVS TANNONIVS
MIL LEG III AVG Q TANNO
NIO MINENSI PATRI CA
RISSIMO AN L IMPENDI
DI NVMMIS MEIS FECI
VIX ANNIS LXXV

Demaeght misit epistula data d. 11 Iun. 1890, ed. *bull. d'Oran* 1890 p. 223; ab eodem acceptam ed. Cagnat *bull. du comité* 1890 p. 456.

2 in. Q omissa est in editionibus, addidit Demaeght altera epistula quam nobis misit d. 1 Dec. 1891.

Adscribam quae de aliis inscriptionibus olim eodem loco extantibus se audisse refert Demaeght *bull. d'Oran* 1887 p. 265:

M. Astier, pasteur protestant à Mostaganem, y vu autrefois plusieurs inscriptions, qui ont été employées plus tard dans les constructions de l'Hillil. On a découvert en outre, dans ces ruines, plusieurs dolmens cet.

21539 Perrégaux rep., *près de la gare de la ligne franco-algérienne*, mox adlata Oran in museum, ubi extat.

Δ M S
IVLIVS IIAIR
VIXIT ANNI
S PLVS MINV
S (ET RECES
SIT IN PACE
SV ΔIE XIII KAL
MAII AS CV
I FRATRES O
BITVM FECE
RVNT

Descripsi; recognovit Gsell. Demaeght *bull. d'Oran* fasc. 12, 1882 app. archaeol. p. 19 n. 11 [= Demaeght ex. I], fasc. 14, 1882 (= *bull. des antiq. afr.* I 1882) p. 140 n. 48 [= Demaeght ex. II], ib. vol. 12, 1892, p. 404, *cat. d'Oran* p. 56 n. 122 [= Demaeght ex. III]. Delineavit de la Blanchère *musée d'Oran* p. 24, correxit *revue arch.* 22, 1893 p. 87.

2 TIAN ego, IIAIR Demaeght ex. III, quod confirmavit de la Blanchère *revue arch.*, nec mutavit Gsell; Demaeght contulit n. 9835, ubi idem vocabulum extat v. 3 (ITA.. Demaeght ex. I, ITA I ex. II). — 7 fin. K L ego, KA Demaeght ex. I. II, KAL Demaeght ex. III nec mutavit Gsell. — 11 RVAIT ('sic') Gsell, solus.

21540 rep. una cum ea quae praecedit. Oran *dans la cour du bureau du recrutement* vidi EGO. Nunc Oran in museo.

Δ M S
IVLIA
CRESCENSA
VIXSIT ANNIS PLV
S MINVS RV ET RE
CESSIT IN PACE
ΔIE OCTABV KALEN
ΔAS FEBRVARIA
S CVI FILIOS
ET NEPOTES
OBITVM FECE
RVNT IN PA
CEM ☧

Descripsi; nuper recognovit Gsell. Demaeght *bull. d'Oran* fasc. 12, 1882 app. archaeol. p. 18 n. 10, fasc. 14, 1882 (= *bull. des antiq. afr.* I 1882) p. 139 n. 47, ib. vol. 12, 1892 p. 403, *cat. d'Oran* p. 56 n. 123. Delineavit de la Blanchère *musée d'Oran* p. 26.

3 est *Crescentia*. Similia passim repperiuntur in hac regione (*Terensus* n. 9927, *Marsas* pro *Martias* n. 9751, *istansia* in inscriptione Albulensi infra edita, cet.), cf. etiam ad n. 21544.

XL (XXXII). *Tiaret* et regio vicina p. 832.

n. 9727. 9728. 9729 (v. infra n. 21541). 9730—9735. 9736 (hic locus multo propius abest a Relizane quam a Tiaret). 9737 (egit de ruderibus dictis Kherbet Bent-Sarah de la Blanchère *voy. d'étude* p. 61; inscriptiones, quas memorat Montgravier, ibi non extare adfirmat ib. et p. 72). 9738 (v. infra n. 21542, item n. 21545 seq.). Pleraque inscriptiones Tiaret olim descriptas (scilicet n. 9727—9730. 9733. 9735) etiam nunc extare eodem loco *dans le jardin du pavillon du Génie* refert Demaeght *bull. d'Oran* 1886 p. 42.

21541 ad n. 9729 (= Eph. VII n. 540). Ex lapide Demaeght *bull. d'Oran* 1886 p. 42, unde emenda v. 6 seq.:

TRANSIE
RIS ET DI
XERIS VI — 18 fin. LXII
TVMVLO
AVFIDI A
VE SIT TI
BI AER LE
VIS ET POS cet.

8 fin. *fait*, opinor, [*h*]*u*[*c*]. — 11 verbis quae sunt inde a *sit* continetur votum mortui pro viatore conceptum.

21542 ad n. 9738. Quae in mausoleorum dictorum *Djedar* uno legisse dicitur Dastugue, memorata *Revue afr.* 1 p. 52, sic exhibentur in schedis Renieranis (n. 1256. 1257, XXXII 6, *papiers Berbrugger*), unde repetivit Cagnat *bull. du comité* 1887 p. 157 n. 684:

ΙΤΒΑΖΚΗ... /// Ρ
ΣΟΑ ///ΩΝΣΤΡ// ΤΗΓΟΣ

Frustra titulum quaesiverunt Mac-Carthy et de la Blanchère (cf. de la Blanchère *voy.* p. 89). Nisi plane haec finxit Dastugius, potest visus sibi esse ea videre in eo titulo, cuius reliquias post eum sibi visus est videre etiam Wagner (cf. ad n. 21548).

21543 à *800 mètres à l'est du camp baraqué de Tiaret*, in fundo Delrieux.

MEMOR
IA AVRELIAE FELIC
sic IA VIXIT ANNOS
LXX RECESSIT DIE
III IDVS DECEM
sic RES AN CCCCXXXCI a. 474

Demaeght *bull. d'Oran* 1886 p. 41 ad ectypum.

21544 (= Eph. VII n. 541) muro immissa in casa Iohannis Hau, 3 chil. a Tiaret septentrionem versus.

MEMORIA IVLIVS DONATVS VI
XIT ANIS XX MORITVR XU KA
LENDAS AVGVSTAS ANO PRINSE
CCCCLXX a. 509

Demaeght *bull. d'Oran* 1886 p. 41 ad ectypum.
3 fin. *prinse* dictum pro *provinciae*.

21545—48 inter Tiaret et Frendah extant mausolea pyramidum similia ab incolis dicta *Djedar* (quo vocabulo nil nisi muros vel aedificia significari aiunt), tria in collibus dictis *Djebel-Lajdar* (s. *Djebel-Hadjar*), septem loco inde non multum distante dicto *Ternaten*. Mausolea haec viderunt multi, nuper accurate de eis egit DE LA BLANCHÈRE *voyage d'étude* (1882) p. 77 seq. cum tabulis adiectis IX—XII (quae anno 1875 accurate de mausoleis iisdem enotasse et in chartas rettulisse dicuntur Letourneux et Mac-Carthy, cf. de la Blanchère l. c. p. 78, Cherbonneau *bull. d'Oran* II fasc. 11, 1882 p. 131, lucem non viderunt). Primigeniae horum mausoleorum inscriptiones, quibus declararetur, quorum hominum cineres ibi conditi essent, si modo unquam extiterunt, ad nostram aetatem non pervenerunt vel certe descriptae non sunt; extant inscriptiones in lapidibus ad mausolea extruenda adhibitis incisae; extant autem certe quae sequuntur n. 21545—21548 intus, in parietibus cellarum vel ambulacrorum trium mausoleorum, quae intravit DE LA BLANCHÈRE (unum ex his mausoleis etiam alii intraverunt; in septem reliqua adhuc nemo penetravit).

21545 loco dicto Ternaten, in mausoleorum septem quae ibi extant maximo intus, lapis positus super portam ambulacri alicuius. — Mausoleum hoc describit de la Blanchère *voy.* p. 86 seq., ichnographiam exhibet tab. XI n. 1 (locum inscriptionis signat littera *f*).

ADIABENICVS PARTHICVS *Maximus*
r///
*co*NSTITVTIS///

De la Blanchère *bull. de corr. afr.* 1882 p. 124 n. 186, *voyage d'étude* p. 109 cf. p. 85.

21546 in eodem mausoleo intus in cella quadam.

IN DEO X EMKIFEOAVOIS[illegible]

De la Blanchère *voyage d'étude* tab. IX fig. 2 n. 8 cf. p. 87.

21547 loco dicto Djebel Ladjdar, in uno ex tribus mausoleis quae ibi extant, intus, in parietibus cellarum et ambulacrorum, vocabula vel litterae incisae.

a	*b*	*c*	*d*	*e*	*f*	*g*	*h*	*i*
////ISTIIANI	ZARVIVN	GAAΛENII	BANTCIKA	MIΛA	CILLA	ACBω	MA	A

De la Blanchère *voyage d'étude* tab. IX fig. 2 n. 4. 5 cf. p. 89.

a fuisse [*chr*]*istiani* conicit de la Blanch. — *c* sic tabula, GAAΛENII de la Blanch. p. 89. — *f. h. i* passim reperiri ait idem; de *f* praeterea testatur haec: *ce mot n'est pas un graffito; il a sûrement été gravé avant que les pierres où on le lit fussent mises en place: car sur l'une d'elles je l'ai trouvé coupé longitudinalement par une retaille qu'on a été obligé de faire.*

21548 in alio ex mausoleis eodem loco extantibus, intus in pariete ambulacri alicuius (*je pénétrai, au bout de quelque pas, dans une galerie transversale; les parois en sont lisses, et formées par d'énormes pierres de taille... C'est sur les pierres de taille de cette galerie que je découvris des inscriptions* WAGNER p. 136). — Imaginem huius mausolei, ut nunc est, pinxerunt Wagner tab. ad p. 129, de la Blanchère tab. X fig. 2 n. 2, ichnographiam Wagner l. c., item de la Blanchère l. c. n. 1.

a	*b*	*c*	*d*	*e*	*f*	*g*
IAARI	TIR	IVTF	ISE	Ɣ	⊢⊣	X

Omnia exhibet Wagner (*capitaine*), qui locum adiit anno 1874, *bull. d'Oran* II fasc. 11 (1882) p. 129 tab., paene omnia (*a—f*) de la Blanchère *voyage d'étude* tab. IX fig. 2 n. 6, vix umquam variantes.

f passim reperiri ait Wagner.

Idem monumentum intravit anno 1881 Guénard (*capitaine*), et de ea re rettulit *bull. d'Oran* II fasc. 14 (1882) p. 264 seq., inscriptiones quoque vidit, sed describere eas supersedit propterea quod si non omnes, certe pleraeque, recentes essent (*les parois des galeries portent de nombreux graffiti dont l'examen ne nous a rien révélé de particulier, la plupart se rapportant à notre époque*). Quo in indicio sine dubio falsus fuit (nisi forte alias inscriptiones vidit).

In fronte eiusdem monumenti lapidem extare aliquando inscriptum, sed cuius inscriptio dudum exesa sit, ait Wagner l. c. tab.

In substructione huius monumenti extabant inscriptiones sive notae quas vidit anno 1843 Azéma de Montgravier, et quarum partem rettulimus supra n. 9737, harum omnino similes, vel ex parte eaedem (certe *c*, fortasse etiam *d* redeunt inter descriptas a Montgraverio). Cum de la Blanchère eas non viderit, periisse putandae sunt post annum 1843.

21549 *pierre étendue au pied d'un des Djedars, dans les environs de Frendah.*

```
        me|MORIA·IVLI SANDALI VIXIT AN
          |mIII ACCEPTVS EST AN P///
7 Sept. 466 p. Chr.  CCCCXXGI DIE CI IDVS //PTEM
             BRE
```

Ex ectypo photographico quod communicavit Papier missum sibi a Messerer, descripsimus. Ex eodem ectypo edidit ipse Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1893 p. XLVI cf. ib. 1894 p. XXXIII.

Fortasse haec est inscriptio quam substructioni mausolei maximi montis Djebel-Ladjdar immissam vidit, sed non descripsit, de la Blanchère (*voy.* p. 84: *inscription funéraire évidemment prise à un tombeau détruit;* cf. p. 109: *au Djebel-Ladjdar, dans le plus grand des Djedar qui s'y trouvent, un angle du soubassement montre aussi une inscription; je ne l'ai malheureusement pas; c'est, si je me rappelle bien, une épitaphe d'un médiocre intérêt*); scilicet ut lapis post annum 1882 deciderit.

21550 *provient d'un éboulement récent du massif du grand Djedar de Ternaten.* Iam Oran in museo.

```
          ☧
M E M O R I A M
A R C E L L I  R E C E S
S I T  D I E  M R T I S  L V
N A  X X I  I D V S  A G
V S T A S  P  C C C C X L I
```

Contulit Gsell. Demaeght *bull. d'Oran* 1891 p. 412 cf. p. 565; correxit ad ectypum photographicum Duchesne *bull. du comité* 1892 p. 314. Repetiverunt Demaeght *bull. d'Oran* 1892 p. 136, *cat. d'Oran* p. 26 n. 128; de la Blanchère *musée d'Oran* p. 25.

5 fin. tam CCCCXLI quam CCCCXCI legi posse ait Duchesne (Gsell CCCCXLI tacito confirmavit). Anno p. Chr. 480 dies iduum Augustarum non dies Martis fuit, sed dies Mercurii, contra anno 530 vero fuit dies Martis; nihilo minus annum 480 praefert Duchesne propter Lunam vicesimam primam; eo enim anno dies iduum Augustarum vere fuit dies vicesimus primus mensis Lunaris (certe secundum calculos Romae tunc receptos, cf. Duchesne l. c. p. 316), cum anno 530 idus Augustae inciderint in lunam quartam (vel quintam).

XLI. *Mechera-Sfa.*

De ruderibus appellatis *Sudma* (= *les minarets*) sitis prope Mechera-Sfa (*gué des Pierres-Plates*) egit de la Blanchère *Mélanges de l'école fr. de Rome* II 1882 p. 390 seq. = *voyage d'étude* p. 111 seq.

21551 (= Eph. V n. 1309, VII n. 542) *Mechera-Sfa.*

```
     DE D̄I ET X̄PI VMBRIVS FELIX · MAG
     FECIT VOTVM REDDIDIT DO PRECA
rosa TVR PRO SVIS PECCATIS SALVI rosa
     FICETVR A P CCCLX ET CIII a. 464
```

Descriptam a Derrien ed. Demaeght *bull. des antiq. afr.* II 1884 p. 290 n. 583 (inde Eph. V l. c.); descriptam a Poinssot Villefosse ib. III 1885 p. 189 n. 902 cf. p. 240.

1 DEDI TI XPI, 1 fin. MAC, 3. 4 ALVT FICETVR, 4 fin. CCCIX ET VIII editio prior.

1 in. *de (donis) dei et Christi.* — 1 fin. *mag(ister).*

21552 Mechera-Sfa.

```
           ☧
D · M · S · IVLIVS SATVRVS LIV/////
IXI DOLENTES PARENTES SVA/////
S · IANINI · C · MINIVS · FR PEPVRI/////
ROCNA MATRE SVA SATVRVS AN CCCLV//
```

Descriptam a Derrien ed. Demaeght *bull. des ant. afr.* II 1884 p. 290 n. 581.

4 MATRES V·A, 4 fin. CCCLY editum est; praeterea non attigimus. — *Rocna* nomen est etiam supra n. 11311.

21553 rep. *dans les ruines de Mechera-Sfa.*

```
     D M S IVLIVS VICTOR VNA CVM PEREGRINE ET MESSORE
       FILIBVS SVIS FECERVNT MESA PEREGRINI PATRI ET
rosa   AVLVRVLA CONIVGI PIE MTRIQVE PIe CVI VIXIT        rosa
       AN XL LEGE ET DOLERI AN P CCCLXX/XX ET V          p. Chr. 431
```

Acceptam a Costa ed. Demaeght *bull. d'Oran* XII 1892 p. 280.

2 Peregrinus pater est Iulii Victoris, avus Peregrinae et Messoris. — 3 PIS traditur, correxit Cagnat; pro CVI expectaveris QVE. — 4 fortasse *lege et dole;* r[*e*(*cessit*)].

21554 Mechera-Sfa.

```
     D M S DE DEI ET CRISTI VOLVMTAS
rosa PIVS DEMETRI VNA CVM DOMITIAS rosa
     SORES MARTI V LVCCIOSA FECERVNT . . . . . .
     PATRI SVI DONATIS A . . . . . . ANNO . . . . . .
```

Descriptam a Derrien ed. Demaeght *bull. des antiq. afr.* II 1894 p. 290; descriptam a Poinssot ed. Villefosse ib. III 1885 p. 190 n. 903.

1 FICRI LIVIO LV MIH (pro ET CRISTI VOLVMTAS), 2 DEMETRIV INA, 2 fin. DOMITIA, 3 MARTI/VI//CCIOSA FECERVNT MER, 4 PATRIS EI DOMINI ANNO PRO Derrien.

1 intellege *de dei et Cristi voluntate.*

21555 Mechera-Sfa.

```
      . . . . . . . . . . . . . .       . . . . . . . . . . . .
      C · V E T T I · A V N I  E T   ☧   . . . . E I · S O R O
rosa  R I B V S · Q V I  A N T E      . . . . . . . . D O R M I     rosa
      E R V N T  E T · I V L I A E       M A X I M A E  M A
   5  T R I  S V E  V A L E N T E · A C I . . . . . . D AN CCCLX ET CIII   p. Chr. 464
```

Primus descripsit Tomasini, unde pars edita est *bull. des antiq. afr.* I 1882 p. 151 (inde citat de la Blanchère *voy. d'étude* p. 145 not.); deinde Derrien, a quo acceptam ed. Demaeght ib. II 1884 p. 290 n. 582; deinde Poinssot, a quo descriptam Villefosse ib. III 1885 p. 189 n. 901. Hoc exemplum secuti sumus.

1 CVINI AVFECER/////MEI, 2 CVI (pro QVI), deinde ANTE LI, 3 fin. 4 MAT RIS EIVS// ////EA D AN CCCIX ET VII Derrien. — Ex Tomasinii apographo non edita sunt nisi haec:

SORORIBVS QVI ANTE DORMIERVNT, LVCIAE MAXIMAE MATRIS, AN·CCCIV.

21556 Mechera-Sfa.

```
//////////////////////////BRE
////DVI AI PIS CXX PROCC
```

Descriptam a Derrien ed. Demaeght *bull. des ant. afr.* II 1884 p. 290 n. 585.

XLII. *Ain Sbiba.*

21557 (= Eph. V n. 1044) Ain-Sbiba (prope Frenda), ubi parietinae late patentes ostendunt aetate Romana oppidum fuisse celeberrimum (DE LA BLANCHÈRE voy. p. 88). — Frendah POINSSOT.

PRO · SALVTE
ET · VICTORIA
ET · REDITV
GORDIANI AVG
DIIS · IMMOR
TALIB · LIVIAN
· PROC ·

Contuli ectypum parum bonum quod misit Poinssot. Acceptam a Lagler-Parquet edid. Poinssot et Demaeght *bull. des antiq. afr.* I 1882 p. 52 n. 29; de visu de la Blanchère *bull. de corr. afric.* 1882 p. 123, *voyage d'étude* p. 108.

4 GORDIANIN, 6 fin. LIVIN Poinssot; fortasse est in lapide AVG et LIVIN. — L. Catillius Livianus procurator Mauretaniae anno 244 memoratur in miliario prope Altavam reperto infra edendo [= Eph. VII n. 674] (idem fortasse memoratur n. 21559 v. 16).

21558 (= Eph. V n. 1045) Ain Sbiba rep. anno 1880, deinde Frendae DE LA BLANCHÈRE.

D M S ·
C A E L I V S
I T A L I C V S
D V P · V E
R N A · S A L
D I T A N V S
M I L I T A V I
ANIS · XXVI
VIXIT · XL · VI
· H · S · E ·

Contuli ectypum, quod misit Poinssot. Acceptam a Lagler-Parquet edid. Poinssot et Demaeght *bull. des antiq. afr.* I 1882 p. 51 n. 28, de visu de la Blanchère *bull. de corr. afric.* 1882 p. 122 n. 184, *voyage d'étude* p. 108.

Classiarius fuerit necesse est utpote verna.

XLIII. COHORS BREVCORVM (*Henchir Suik* prope *Tagremaret*).

Prope Tagremaret, ubi sunt rudera dicta Suik, stetisse saeculo p. Chr. tertio cohortem secundam Breucorum declarat n. 21560; etiam nomen dedisse loco, ut diceretur *cohors Breucorum*, declarant milliarii infra editi (= Eph. VII n. 670. 671), in quibus legitur *a coh. Breuc. m. p. IIII* vel *V* (in alio milliario eiusdem regionis [= Eph. VII n. 672] quod legitur *a kaput urbe m. p. VII* num ad eundem locum spectet, non plane certum esse videtur). — Castri, cuius rudera appellantur Suik, formam delineavit de la Blanchère *voyage d'étude* tab. VII fig. 1 cf. p. 69 (inde Cagnat *l'armée romaine d'Afrique* p. 650).

21559 (= Eph. V n. 1046 cf. VII n. 544) alta quatenus extat circ. m. 1,30, litteris cm. 5. Henchir Suik (*l'emplacement du poste romain de Tagremaret porte aujourd'hui le nom de Souik. J'y arrivai à temps pour sauver de la destruction les restes d'une grande pierre que des ouvriers marocains avaient déjà brisée en plusieurs fragments* DE LA BLANCHÈRE).

I O M
IVNO REGINA
PRO SALVTE
IMP CAESARIS
M ANTONI GOR
DIANI INVICT
PII FELICIS AVG
PONTIFICI MAXI
TRIBVNICIE PO
TESTATIS · PATER
PATRIE IMP VII
COS PROCONSV
SABINIAE TRAN
QVILLINAE AVG
CONIV GI
CATENII

De la Blanchère *bull. du corr. afric.* 1882 p. 119 n. 182, *voyage d'étude* p. 105, qui propter numerum salutationum imperatoriarum titulum tribuit annis 243—244.

Casus perturbavit quadratarius Maurus.

16 latere nomen Catellii (sive Catillii) procuratoris, qui Mauretaniam rexit Gordiani et Tranquillinae temporibus (supra n. 9963), coniecit Hirschfeld (*bull. des antiq. afr.* 1885 p. 135, Eph. VII n. 544); cf. supra ad n. 21557, item infra in add. ad n. 9963.

21560 (= Eph. V n. 1047) alta quatenus extat m. 0,50—0,60, lata m. 0,44, litteris cm. 5. *A Souik, brisée comme la précédente.*

. . . . S I D E
SACRVM POSVIT
AELIVS · SERVAN
DVS · DEC · PRAEPO
SITVS · COH · II BRE
VCORV GORDIANE
III KAL · IAN ARRI
ANO ET PAPO COS a. 243
SALVIS AVGG MVLTIS
ANNIS FELICI
TER ·

De la Blanchère *bull. de corr. afric.* 1882 p. 121 n. 183, *voyage d'étude* p. 106.

1 [*prae*]*side* supplerit Mommsen. — 5 seq. BRE|VCORVSORIANE sibi visus est legere in lapide de la Blanchère; correxit ipse ut supra legitur.

Fortasse pars ima fuit lapidis eius qui praecedit; miror tamen Blancherium id non adnotasse.

21561 (= Eph. V n. 1048) Tagremaret *chez M. Alibert, dans le portail du Levant.*

D · M · S
A E M I L I V S
S V A V I S S I G
M I L C O H S E
BR · VIXIS · N sic
X · LIII · M · V
P O M P O N I A
SECVNDA · B M

De la Blanchère *bull. de corr. afric.* 1882 p. 117 n. 179, *voyage d'étude* p. 104 n. 9.

3 seq. *sig(nifer), miles coh(ortis) se(cundae) Br(eucorum).*

21562 (= Eph. V n. 1049) alta m. 1,40, lata 0,56; Tagremaret ibi ubi ea quae praecedit.

· D M S ·
HIC · SITVS · EST · QVONDAM · IVVENIS
GENEROSO NOMINE MILES VL · POP
IATVS QVI Q · REGENS VIRGAM DECVS ET
VIRTVTIS HONOREM GESTAVIT PROLES ·
LAVDANDA · PROPAGINE · LONGA · HIc
MVLTOS DOMVIT STRAVITQ · PER · HOS · VN
DIQ · MONTES · INFANDOS · HOSTES · TEME
RATAQVE · BELLA · SVBIIT · ET · QVID Non mVLTI
POTERANT IVVENEs HIC · SEMPER · *solus a*
GEBAT · CVM SVAM TOTAM NIMIVM
DEPENDeret IRAM OBVIVS IPSE FVRo
PVGNAE ROMANVM · IVVENEM · PER
HOSTICA VVLNERA MISIT IPSE TAMen
VICTOR TELIS VNDIQ · CLVSus . . . . . .
GENTIS NEQVID · FE . . . .
RENIT IPSE SVIS . . . .
CLADIQ · ET · VITA . . . .

De la Blanchère *voyage d'étude* p. 103, *bull. de corr. afric.* 1882 p. 116 n. 178. Tractavit Buecheler carm. epigr. n. 520.

3. 4 *Ulp(ius) Op[t]atus* correxit de la Blanchère. — 4 videtur fuisse centurio (Buecheler praefectum fuisse putat propter Servii ad Aen. 4, 242 adnotationem: *praefecti gentium Maurorum cum fiunt, virgam accipiunt et gestant*). — 12 seq. *ipse furo(r) pugnae*.

21563 Tagremaret, *chez M. Alibert.*

D M S
MEMORIE GE
MINI · CRESCENTI
VIXT ANIS
LIII D VIII Θ VII

De la Blanchère *bull. de corr. afr.* 1882 p. 118 n. 181, *voyage d'étude* p. 105.

5 Θ signo horas significari putat editor.

21564 (= Eph. V n. 1310) alta m. 1,10, lata 0,45, litt. cm. 6; Tagremaret in aedibus Alibert.

LICINIAE SE
CVNDAE BO
NAE MEMORIAE MA
RITAE · CVIVS FA
TVM · TALEM · FVIT VT
NE QVIDEM PIGNVS
COMMVNEM MEMO
RIAE SVAE · SOLACIO
NOSTRI · RELINQVERET
QVAEQVE IN IPSO LI
MINE IVVENTVTIS
AVSPICATA · EST · SENECTVt
VIX · AN · XXV · M · VII · D · XXI

De la Blanchère *bull. de corr. afric.* 1882 p. 118 n. 180, *voyage d'étude* p. 104 n. 10.

21565 Tagremaret, *chez M. L. Alibert, dans le portail Ouest de sa cour.*

D M S
MAEMORIE
MARI · FORTV
NATI · VIXIT
Annis · XXXXV
///AVITA · VIC
TORIno CIVGI
DVLCISSIMO
FECIT

De la Blanchère *bull. de corr. afr.* 1882 p. 115 n. 176, *voyage d'étude* p. 102 n. 6.

6. 7 VICTORIV traditur.

21566 Tagremaret, ibi ubi ea quae praecedit.

d M s
/ / / / / / /
pVDENTIS / /
VIXIT · NNis
LXIII · M · V · DE · II/
VIBIA · FLOR / /
PA T M C M / /
IVC F P///CI/
IVG / / / / / / / /
M / / / / / /

De la Blanchère *bull. de corr. afr.* 1882 p. 115 n. 177, *voyage d'étude* p. 102 n. 7.

XLIV (XXXIII). *Géryville* p. 834. Accedit *Aflû*.

n. 9739.

21567 (= Eph. V n. 1043) columna (*tronc de prisme*) fracta ita, ut pars superior (*A* 1—13. *B* 1—15) iam separata iaceat ab inferiore (*A* 15—31. *B* 17—22); inter utramque pauca interiisse iudicant ii qui lapidem viderunt. Rep. ad rivum Ageneb, qui influit in fluvium Qsob, apud gentem Ulad Sidi en-Nasser in regione Aflû [a Géryville inter sept. et occ., in monte Djebel Amur].

A in antica:

PRO · SALV*te m. aure*
li A N T O*nini aug.*
arM PART *med. germ.*
*red*D O · M*ea vota*
*de*BITA · IAM *reversus*
*q*VAE OM*nib. deis*
V O V E R A M *exiens*
E*t* PRO SA*L* · *m. aemi*
LI · MACR*I* · *leg. aug.*
PR · PR · C · V · PR*opter?*
C V I V S · S V F*frag.*
A · SACRATISS *imp.*
o R D I N I B *V s ad*
s c r i p t u s s u m
e i u s p a r i M O D *o*
C E L E B R N T V R *ad*
F E C T V P A R I · A*di*
V N C T A · M I H I · *fac*
ta E X P L I C V I *iu*
V A N T I B V S *his*
M · B*r*V T T*io cogi*
TATO DEC . . . . *et*
POPILIO · E*xorato*
DEC · COH · VI · *Comm.*
ET · FL · FELICE · B*f. tr.*
ET · AVRELIO · O*pta*
TO · DVPL · AL · FL · *et*
fl. GERMANO · SER*vi*
lio IANVARIO · IVLIO
*pr*OCESSO · ASINIO · *e*
MERITO SESQ · *e*

B in latere:

VT · SCIAS · *tu*
QVI · CVM*que*
IN · HAC · EX*pe*
D I T I O N E *sal*
*u*VS · FVERIS ET
HOS · TITVLO*s*
LEGERIS · MVT*us*
GENIO · SVMM*o*
THASVNI · E · DE
O · SIVE · DEAE *nu*
MIN · SANC*to*
L A E O N E S *in*
DIEB · XL · F*eci*
SCRIPSI · FL*ac*
CO · ET · GA*llo* a. 174
cos. a. d. . . .
*k*AL IVN · EO D*ie ex*
DEC · SVM · PRO*mo*
TVS · VOTVM · *so*
LVI · MEO · NO*m.*
CATVLVS · *7 leg.*
III · AVG

Exscripsi ex ectypo, quod misit Poinssot, et restitui Mommseni consilio adiutus. Descriptam a Meunier edid. Demaeght *bull. d'Oran* fasc. 10, 1881 p. 56—61 cum tab. adnexa (inde Tauxier *revue afric.* XXV 1881 p. 394 seq.); ad ectypum missum a Demaeght de Villefosse *bull. d'Oran* fasc. 13 1882 *archéol.* (= *bull. des antiq. afric.* I 1882) p. 25 seqq. — Quas in ectypo non recognovimus litteras, sed legerunt alii, obliquas dedi.

A *Pro salu[te M. Aure]li] Anto[nini Aug. | Ar]m(eniaci) Part(hici) [Med(ici) Germ(anici) | red]do m[ea vota | de]bita iam [reversus,] | quae om[nib(us) deis] | voveram [exiens]; | e[t] pro sal(ute) [M. Aemi]li Macri l[eg. Aug.] | pr. pr. c(larissimi) v(iri). Pr[opter] | cuius suf[frag(ationem)] | a sacratiss(imo) [imp(eratore)] | ordinibu[s ad]scriptus sum, | eius pari] mod[o] | celebrantur [ad]fectu pari a[di]uncta mihi [facta]. Explicui [iu]vantibus [his]: M. B[r]ut[tio Cogi]tato dec. . . . . [et] | Popilio E[xorato?] | dec. coh. VI C[omm(agenorum)] | et Fl(avio) Felice b(ene)[f(iciario) tr(ibuni)?] | et Aurelio O[pta]to dupl(ario) al(ae) Fl(aviae) [et | Fl(avio)] Germano, Ser[vi lio] Ianuario, Iulio | [Pr]ocesso, Asinio [E]|merito sesq(uiplicariis).*

B *Ut scias [tu | quicum[que] | in hac ex[pe]|ditione [sal|v]us fueris et | hos titulo[s] | legeris mu[tus]: Genio summ[o] | Thasuni et de|o sive deae [nu]mini sanc[to] | laeones [in] | dieb(us) (quadraginta) f[eci]. Scripsi Fl[ac]co et Ga[llo cos. a. d. . . | k]al. Iun(ias). Eo d[ie ex] | dec(urione) sum pro[mo]|tus, votum [so]|lvi meo no[m(ine)] | Catulus (centurio) [leg(ionis)] | III Aug.*

A 8 seqq. M. Aemilium Macrum Saturninum, recte hic agnitum a Villefossio, Numidiae praesidem fuisse a. 172—174 docent complures tituli in Africa reperti cf. supra p. 1065 et ad titulum Thamugadensem n. 17869. — 14 PANC · SV solus Meunier. [Quamquam hiatus certo expleri non potest, non omittenda esse duxi haec in quae incidi: *ordinibu[s leg. III] A[u]g. a[um adlectus. Hoc] mod[o] celebrantur [pro]fectu pari [perf]uncto mihi, [quae ipse] explicui* cet. Profectum parem intellege praemium facto compar. Th. M.]. — 15 in ectypo visus mihi sum videre: ////O/MOD/, sed ut de O priore dubitarem. — 18 in. littera nulla desideratur. — 21 fin. [*Cogi*]*tato* supplevi cum Villefossio. — *B* 1—4 recte supplevit Villefosse. — 12 seqq. [*in*] *dieb(us) XL fecit Catulus*, scilicet intra hoc spatium damnatus voti, quod in expeditionem proficiscens Thasuno ceterisque deis promiserat, si ab ea salvus regressus esset. [13 fin. Mommsenus iam supplere mavul *f[eri]*, intellegens expeditionem non militarem, sed venatoriam votumque factum non tam pro reditu quam pro felici venatoris successu]. — 14 seq. consulatum recte agnovit Villef.

XLV (XXXIV*a*). ALA MILIARIA (*Benian*) p. 834.

n. 9740. 9741 (v. 2 GABIVS excepit Cagnat ex ectypo non bono quod extat inter Renierana sct. 23, 3. Habet Leclerc in epistula ad Delamarium d. 2 Nov. 1850, sched. Renier. XXII 15, ubi v. 2 est CABINVS). [9742 = 21569]. 9743.

Locum fuisse in Mauretania Caesariensi, cui nomen fuit *Ala Miliaria*, ab ala miliaria quae ibi stativa habuisse per multum tempus putanda est, dudum constabat ex Notitia episcoporum anni 484, in qua recensetur *episcopus Alamiliarensis* (not. Maur. Caes. n. 33). Locum eum fuisse qui hodie dicitur Benian nuper patefecit n. 21572. (Alae illius miliariae, cui nullum aliud nomen videtur fuisse, equites sepultos reperimus tam eo ipso loco qui ab ea nomen accepit, infra n. 21568, quam loco vicino Saint-Denis-du-Sig, n. 9750, item in Portu Magno infra n. 21617. 21618, praeterea Caesareae, supra n. 21029, et prope Caesaream, n. 20932; cf. Cagnat *l'armée rom. d'Afrique* p. 296. 309). — Rudera eo loco extantia delineavit de la Blanchère *voyage d'étude* tab. V cf. p. 66 seq.

21568 rep. *dans les ruines de Benian.*

a	b
D M · SA	D M S
FVRNIA PR	SALVSTIVS
IMA · FVRNI	MARTIALIS EQ
O PRIMO FEC	ALE M T VALENTIS
I · VIXIT ANN L	MAGITER · BA (sic traditur)
EQ · AL ∞ IS	RCARIORV MIL
TIPEN XXVII	TAVIT XX VIX AN
	XXXXIIII FVRNIA PR

Demaeght misit partem intuenti dextram d. 16 Iul. 1896, utramque ed. *bull. d'Oran* 1896 p. 373.

a 6. 7 *eq(ues) al(ae) miliariae istipen(di-orum) XXVII.* — *b* 4 *t(urma) Valentis.* — 5. 6 numerum aliquem barcariorum in exercitu Britannico memorat Notitia dign. Occ. c. 38, eadem c. 40 classem barcariorum Eburoduni Sapaudiae; barcarii hi, quorum magister fuerat Martialis, ubi constiterint, ignotum. Cf. Cagnat *bull. des antiq. de France* 1896 p. 239. 246. — *b* 6. 7 sic ed. Demaeght, MILITAN XX idem in epistula.

21569 (= 9742) Benian. Positam esse supra portam aedificii alicuius antiqui, nec tamen loco antiquo, ait de la Blanchère *voyage d'étude* p. 67. 76.

a	b
D M S	D M S
IVLIVS ZO	SECVNDINIA SO
ZORVS CON	CRA INCOMPARA
IVX INCOMPAB (sic)	BILIS VIXIT ANNIS
ILIS VIXIT ANNIS L	LXX OMIDIA DONNV
XX	Ia/////////// FECIT

Leclerc in schedis Delamarii p. 250 n. 295, item *rev. afr.* 1 p. 477; Guyon apud Renierum n. 3724; ad ectypum missum a Geoffrin Cagnat *bull. du comité* 1892 p. 306 n. 25.

a 2. 3 ZO//ORVS Leclerc *revue afr.*, item Renier, SO//ORVS Leclerc sched., ROS/ORVS Cagnat. — 4. 5 sic Cagnat, INCOMPARABILIS reliqui. — 5. 6 L|XX in ectypo non agnovit Cagnat. — *b* 2 SECVNDINA priores. — 5 XX Cagnat ex ectypo, LXX priores. — 5. 6 OMIDIA DONNV Ia ////// FECIT Cagnat, OMEDIA DONNV | IANVNA DEDICAVIT Leclerc sched., CIAIDIA DONNV | IAINM DEDICAVIT Leclerc *rec. afr.*, CLA'DIA DONTV LA DEDICAVIT Renier.

21569*a* Benian.

praeterea tres

D · M · S
MM ANTONIA VIXIT ANNIS XXVII IVLIVS
ACILVSIMSLOP CONIVGI MERENTI PO
SVIT ///NELIA MAVRA V AN XI P F F · C
AELIVS AVITANNVS V
ANNIS III

Acceptam a Rouziès ed. Demaeght *bull. d'Oran* 1897 p. 407.

2 in. *m(e)m(oria).* — 3 in. nomen vix recte exceptum. — 3 fin. *p(ater) f(iliae) f(aciundum) c(uravit)* explicat Demaeght.

21570 Benian nuper rep. Iam Parisiis in museo Louvre.

MEMORIA SANCTI · SEMPERQVE GLORIOSI PATRIS NOSTRI · NEMESANI
EPS · VIXIT ANNIS L//INTER QVIBVS XCII//QVOS SACERDO
TIVM · DNO · ADMINISTRAVIT ET REQVIEVIT IN PACE XI KL · INVARIA (22 Dec. 422 p. Chr.)
S Gnas ET III IVLIA GELIOLA SACRA DEI SACERDTIS SOROR VIXIT AN
NIS L//ET REQVIEVIT IN PACE////NONA OCTO S Gbres ET III

Descripsit Cagnat et ectypum fecit. Acceptam a Rouziès (*instituteur à Tizi*) ediderunt Demaeght *bull. d'Oran* 1896 p. 116 n. 1226 et Cagnat *bull. du comité* 1895 p. 328. De visu Michon *bull. des antiquaires* 1896 p. 325. Vidit etiam Gsell, cf. *Mél. de l'éc. fr. de Rome* XVI 1896 p. 486.

Nemessanus (sic videtur legendum esse, quamquam pro NE paene possis legere M) vel potius Nemesianus (cf. *Sossanus* supra n. 9751, pro *Sosian-* ut videtur, item *Hortessus* infra n. 21706) episcopus, qui videtur sedisse ab a. 404 ad a. 422 (cf. ad v. 4), praeterea ignotus est neque adfuit a. 411 in conventu Carthaginiensi. — 2 in. *ep(i)s(copi)*; D·S Demaeght, minus recte. Paullo post pro *inter quibus XVIII quos* expectaveris *inter quos XVIII quibus* (ceterum similiter videtur scriptum fuisse in n. 21571 v. 3). — 4 in. tam hic quam v. 5 fin. vix dubium quin intellegendum sit *a(nno) p(rovinciae)* (litterarum *a. p.* contignatarum formam non ita bene assecuti sumus) *CCCLXXX et III* (383); centenarii numeri signa mirum in modum contiguata etiam in aliis inscriptionibus Mauretaniae, cf. supra ad n. 20735. 21479 v. 6. — [In ectypo vestigia litterarum erasarum deprehendimus v. 2 post LX et post XCII, v. 5 post L, item ibidem ante NONA; praeterea v. 3 fin. diei indicatio scripta est in rasura].

21571 Benian.

MEM SANCTI PRR//////EPS//////
////////////////////////
./ VIXIT ANNIS L∞ INTER QVIBVS //////
SACERDOTIVM DNO ADMINST///
REQVVIT PRIDIE///////////////
SVS DIACONVS FRATRI FECIT///
SERAM///////////////SVPER//////

Demaeght *bull. d'Oran* 1896 p. 375 n. 1234.

3. 4 cf. n. 21570 v. 2.

21572 longa m. 0,54, lata m. 0,55, litteris cm. 8—9. Benian.

////VS · EPS · IANO
CLESIAALA∞ TEM
VIT IN FIDELIVM/F

Demaeght *bull. d'Oran* 1896 p. 374 n. 1233.

2. 3 *[ec]clesia(m) Ala(miliarensem) tem[pore conlapsam repara]vit in fidelium [usum]* vel similiter supplendum esse censet Mommsen.

21573 Benian.

MEM CRESCEN
TIS PB · VIXIT ANN
IS LV DIS III KA
MRTIAS NNO
PRO CCCXCV (p. Chr. 434)

Demaeght *bull. d'Oran* 1896 p. 375 n. 1235.

2 *p(res)b(yteri).*

21574 Benian nuper rep.

MEM · VICTORIS · PB ·
VICXIT NNIS LII
DIS · XI KL · OCTOB
LVCINV · FRATER FE
CIT PRO CCCXC ET IIII (p. Chr. 433)

Acceptam a Rouziès ediderunt Demaeght *bull. d'Oran* 1896 p. 116 n. 1225; Cagnat *bull. du comité* 1895 p. 329.

1 fin. *p(res)b(yteri).* — 3 XI Dem., XL Cagnat.

XLVI (XXXIV*b*). *Draa-er-Remel* p. 834.

n. 9744 (locus iam dicitur Franchetti [*station du chemin de fer d'Arzeu-Saïda*]; cf. de la Blanchère *voy. d'étude* p. 64 not. 3).

XLVII (XXXIV*c*). AQVAE SIRENSES (*Hammam bu Hanefia*) p. 834.

n. 9745 (repetivit exemplum editum Mercier *bull. du comité* 1885 p. 341. Ectypum, sed pessimum, extat inter Renierana *ect.* 23,6). 9746 (ectypum pessimum et atramento corruptum extat inter Renierana *ect.* 23, 4).

Aquis Sirensibus fortasse fuit res publica, certe aetate labente fuit episcopus, testibus Gestis coll. Carth. a. 411 (c. 188, ubi traditur *Adquasirensis*) et Notitia anni 484 (Maur. Caes. n. 66: *Aquisirensis*). Oppidum fuisse non eo ipso loco ubi est *Hammam bou Hanefia*, sed loco non multum inde distante (*à 700 ou 800 mètres de Hammam bou-Hanefia, en amont sur l'Oued el-Hammam*), ubi sunt rudera appellata *Tackelmamet* vel etiam *Tigguermamint*, putat de la Blanchère *voyage d'étude* p. 65 (inde *bull. d'Oran* 1896 p. 270), qui de iisdem ruderibus egit etiam l. c. p. 38. — Sira fluvius, quem memorat Geographus Ravennas p. 158 ed. Parthey, a quo aquae Sirenses sine dubio nomen habuerunt, videtur esse is quem hodie *Oued el-Hammam* vocant.

21575 cupula, prope *Hammam bou Hanefia.*

de la Blanchère:

D M S
C A I I V S
C A L V I V S
VIXIT · ANN
5 IS · P · M · LXXX

Rouziès:

D M S
IVLIVS
MEVIVS
VIXIT ANN
5 IS P M ...

De la Blanchère *bull. de corr. afr.* 1882 p. 114 n. 173, *voyage d'étude* p. 101 n. 3; Rouziès *bull. d'Oran* 1896 p. 271 n. 1231.

3 MEVIVS non certum esse ait Rouziès.

21576 cupula, prope *Hammam bou Hanefia.*

D M S
IVLIVS
SEVERVS
VIXIT ANN
5 IS P M XLI

Rouziès *bull. d'Oran* 1896 p. 271 n. 1228.

21577 ibi ubi n. 21575.

D M
IVLIA · POS
TVмNIXII
AN · P · M · L

De la Blanchère *bull. de corr. afr.* 1882 p. 114 n. 174, *voyage d'étude* p. 101 n. 4.

2. 3 POSTVNIVXII traditur.

21578 ibi ubi n. 21575.

D M S
M L V C I
VS VIX
IT AN
5 IS P///

Rouziès *bull. d'Oran* 1896 p. 271 n. 1230.

21578a *Hammam bou Hanefia.*

D M S
NONIVS SAT
AIA VIX
IT ANNIS
5 CENTVM

Rouziès *bull. d'Oran* 1897 p. 409.

2. 3 SAT|AKA editum est.

21579 ibi ubi n. 21575.

NVMISIVS
VIXIT ANNIS
LXX

Rouziès *bull. d'Oran* 1896 p. 271 n. 1229.

21580 ibi ubi n. 21575, *dans les ruines dites Tackelmamet.*

D M S
IVED//XSI
SVEDIAVIXIT
ANN · LXXXV

De la Blanchère *bull. de corr. afr.* 1882 p. 115 n. 175, *voyage d'étude* p. 101 n. 5.

2 incertae lectionis esse ipse editor significavit.

XLVIII (XXXIV*d*). *Oued-el-Hammam* sive *Dublineau* p. 834. Accedit *Guetna.*

n. 9747 (in ectypo, quod extat inter Renierana *ectyp.* 23, 5, sed pessimo, Cagnat sibi legere visus est v. 3: T PROC//ELLA.. Leclerc sched. Renier. XXII 8. 10). 9748 (Leclerc sched. Renier. XXII 8. 10. 12. — 2 IVS//// Leclerc etiam in schedis).

21581 (= Eph. V n. 1050) rep. prope vicum *Oued-el-Hammâm* [mansio est viae ferreae quae est ab Arzeu Saidam, 18 chil. a Mascara inter sept. et occ.; iam mutato nomine locus dicitur *Dublineau*], *dans des ruines assez étendues.*

DEO AETER
NO VOTVM
QVOT PROM
ISIT ROGA
5 TVS · SABINI L
FECIT PR
CCXXII a. 261

Contuli ectypum, quod misit Poissnot. Ex lapide Tomasini, unde edita est *bull. d'Oran* fasc. 11, 1882 p. 124, ibid. 1884 app. archaeol. (= *bull. des antiq. afr.* II) p. 100 n. 345.

1 de deo Aeterno egit Cumont *revue arch.* 1888 vol. 11 p. 184—193; cf. supra n. 18525 et infra n. 21624. — 5 SABINI L = *l(ibertus) bull. d'Oran* 1884; L omissa est *bull. d'Oran* 1882, neque in ectypo cernebatur.

21582 *les inscriptions suivantes proviennent de la vallée de l'Oued-el-Hammam, elles ont été découvertes dans une nécropole romaine qui se trouve à Guetna chez les Hachem Gharaba ... M. Julien, propriétaire d'une ferme en cet endroit, les a mises au jour en défonçant le sol pour y planter une vigne* DEMAEGHT. Locus dictus *la Guetna* 10 chil. distare dicitur ab eo qui praecedit, et ipse ad viam ferream Arzeu-Saidan.

A A M M
ARRIVS IV
LIVS ROGA
TVS VICS
5 IT ANNIS
PL//MS LX PoS
VI///P CCCC//

Descripsi ex ectypo photographico quod exhibuit Demaeght, qui edidit (ad idem ectypum puto), *bull. des antiq. afr.* I (1882/83) p. 347 n. 237.

2 similiter *dd. mm.* praescriptum est etiam reliquis paene omnibus inscriptionibus sepulcralibus huius loci. — 6, 7 non nimis certae lectionis sunt.

21583 ibi ubi ea quae praecedit.

A A M M
P AVRELI
AN...

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 348 n. 241.

2 Purgoldo, qui et ipse ectypum vidit apud Demaeght, prima littera magis videbatur esse N.

21584 ibi ubi eae quae praecedunt.

D D M M
BLATTIVS MAC
XIMVS VIGSIT AN
NIS LXV ET DECESS
5 IT AN PR CCCC p. Chr. 449
X

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 350 n. 250.

3 VICSIT Dem.

21585 ibi ubi eae quae praecedunt.

Δ Δ M M
CALPVRNIA
AMACRONA
ACERVA VICSI
T ANIS V ET ꟷIII E
DECESSIT PROVINCIAE
CCCCXXXE///

Demaeght et mihi dedit, et edidit l. c. p. 349 n. 245; Purgold vidit ectypum photographicum.

2. 3 expectaveris CALPVRNIA | MATRONA. — 4 similiter reperitur *acervus* in titulo eiusdem loci n. 21590 (immaturas mortes significari apparet). — 5 V ET Demaeght ms. (in ectypo v pro V videbatur esse Purgoldo), V// Demaeght ed.; pro V expectaveris X. — 6 PROVINCIA, 7 CCCCXXX| Demaeght ed.

21586 ibi ubi eae quae praecedunt.

MNΔ⊙RMIS
••ECVRVS
IANVARIA
AVICSIT
∽ PROUI
∽

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 346 n. 233.

21587 ibi ubi eae quae praecedunt.

Δ Δ M
IVLII'

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 348 n. 244.

2 TVLII Dem.

21588 ibi ubi eae quae praecedunt.

D M M
IVLIVS LVCI
ANVS SVNZA
CONVS VICXI
T ANNIS
IX ET DE
CESSIT CCCC p. Chr. 457
XVII

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 350 n. 249.

3. 4 expectaveris SVBZA|CONVS, 6 in. LX.

21589 ibi ubi eae quae praecedunt.

Δ Δ M M
IVLIUS LU
CIUS VIX
IT ANNIS
LXX IPTE AN
N P P P CCCC

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 349 n. 248.

5 sic ego, IMPEE Dem. — Infra fractam exhibet Demaeght.

21590 ibi ubi eae quae praecedunt.

Δ Δ M M
IVLIVS
SECVNDVS
ACERVVS
VICXIT AN
NIS XXXIII
P CCCCXII p. Chr. 451

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 349 n. 246.

4 cf. n. 21585.

21591 ibi ubi eae quae praecedunt.

Δ Δ M M
PERELIVS
REPARAtus
•IXT AN
//V E ΔE//
//CCCLXXXII//

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 346 n. 235.

4 VXIT Dem. — 5 pro E scr. ET.

21592 ibi ubi eae quae praecedunt.

D D M
VETVRIA
FORTVN
VIXIT AN
MNNIS M·
X CCCCXXVIIII p. Chr. 469
figurae duae

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 347 n. 239.

4 fin. 5. 6 sic et ego et Demaeght excepimus ex ectypo.

21593 ibi ubi eae quae praecedunt.

▫LPIVS
CILANV
SVIT AN
XXX Δ Γ CCCCXXIIII p. Chr. 463

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 346 n. 236.

[*U*]*lpius* | .. *cilanu's v*[*ix*]*it an*(*nis*) | *XXX*, *d*(*ecessit*) *p*(*rovinciae*) *CCCCXXIIII*.

21594 *Guethna, à cinquante mètres de la ferme Solari, sur le bord de la voie du chemin de fer Franco-Algérien.*

VLPIVS DONA
TVS VICSIT AN
NIS X DECES
SIT IIII KALEND
AS NOVEMBRE
S ANN PR CCCC p. Chr. 439

Descriptam a Tommasini medico ed. Demaeght *bull. d'Oran* fasc. 13 *app. archaeol.* (= *bull. des antiq. afric.* fasc. 1, 1882) p. 48.

21595 ibi ubi n. 21582 seq.

Δ Δ M M
VLPIVS MAR
CVS VICSIT
ANNIS LS PP
CCCCXLSIII ET p. Chr. 490
AISCESSIT
III IAVS MAR
SAS

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght *bull. des antiq. afr.* I p. 346 n. 234.

21596 ibi ubi eae quae praecedunt.

D D M M S S
VLPIVS SARVN
NC VIS/IT ANIS
XXIII CCCCLXXV p. Chr. 514

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 348 n. 243.

3 VISXIT Dem.

21597 ibi ubi eae quae praecedunt.

NOMIIF /S
CIUS UIC
•// ANNIS L•
ᴅECESSIT H/
P CCCCXLCI p. Chr. 486

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 347 n. 240.

1 NOMIXIS Demaeght. — 3 sic Demaeght, & ego. — 5 in. *p*(*rovinciae*).

21598 ibi ubi eae quae praecedunt.

LAŠFREPA
VCS AN LX
XXVII

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 347 n. 238.

1. 2 LAXIRERA | /A/Z ANLX Dem. — Est ..... *Repa*[*ratus*] *v*(*i*)*cs*(*it*) *an. LX*, [*decessit an. prov.*] .... *XXVIII*.

21599 ibi ubi eae quae praecedunt.

D
IVS
LVS
ANNIS L
ET · DIScessit
PR · CCCC

Demaeght l. c. p. 349 n. 247.

21600 ibi ubi eae quae praecedunt.

IS VICSIT
ANIS XXX
OE DECE
SIT AN PROUI
NCIAE CCCCXXX p. Chr. 469

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght *bull. des antiq. afr.* I 1882/3 p. 348 n. 242.

1 in. VS Demaeght. — 3 in. sic ego, FDE Demaeght; non intellegitur. — 5 NCIE Dem.

21601 ibi ubi eae quae praecedunt.

US UICSIT
ANNIS LXXXL//
//LCPFFIT P//
CCCCXXIII p. Chr. 462

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght l. c. p. 350 n. 251.

2 fin. seq. est *e*[*t d*]*ecessit*, *p*[*r.*] cet.

21602 ibi ubi eae quae praecedunt.

L · V
TANIS
D · CCC LXXXI p. Chr. 420

Descripsi ex ectypo photographico. Ed. Demaeght *bull.* l. c. p. 350 n. 252.

21602a Duplineau (*Oued-el-Hammam*), *au presbytère.*

....
S// TIBIS
///// PATRI
FECERVNT
AN P CCCVIII p. Chr. 345

Demaeght *bull. d'Oran* 1897 p. 407.

21602b ibi ubi ea quae praecedit.

....
TI///SO////
////// VIXIT
AN L XXIII
AECESSIT V
IAVS IVN N P
CCC L XX ET V p. Chr. 414

Demaeght *bull. d'Oran* 1897 p. 410.

XLIX (XXXIV *e*). *Saint-Denis-du-Sig* (TASACCORA?) p. 834.

n. 9749—9752.

Ubi iam est oppidum *Saint-Denis-du-Sig*, olim Tasaccoram fuisse, mansionem viae mediterraneae Mauretaniae, distantem a Castris Novis mil pass. XVIII, a Regiis milia pass. XXV, putant locorum periti (Demaeght *bull. d'Oran* 1887 p. 265 cf. p. 263, Cat *la Maur. Cés.* p. 209), et recte quidem, cum *Saint-Denis-du-Sig* XXV fere m. p. absit ab *Arbal*, ubi mansionem ad Regias fuisse ex inscriptione n. 21628 recte ut videtur collegerunt. Episcopus *Tasaccurensis* memoratur anno 484 inter episcopos provinciae Caesariensis n. 108. — Flumen Tasaccora, quod memorat Geographus Ravennas p. 158 ed. Parthey, post Minam (cf. supra p. 2036) et Siram (cf. p. 2043 fin.), ante Isarim (sine dubio *Isser* qui hodie dicitur in occidentali parte provinciae), videtur fuisse *Sig* fluvius, a quo nomen habet *Saint-Denis-du-Sig*, in parte superiore *Mekerra* appellatur (sic etiam de la Blanchère *voyage d'étude* p. 66). — *Caputtasaccora* locus, quem fuisse prope *Tenira* docent miliarii complures nuper reperti (et infra editi), nomen habuit a capite eiusdem fluvii, ad quod non quidem situm est, sed a quo non multum abest Tenira (ceterum propter hos ipsos miliarios Tasaccorae nomen Demaeght *bull. du comité* 1894 p. 317 iam referre mavult ad *Oued-Tenira* rivum, unum ex eis ex quibus formatur fluvius *Oued-el-Hammam*. Cf. etiam Gsell. *mél. de l'éc. fr. de Rome* XV 1895 p. 344 not. 2).

21603 (= Eph. VII n. 515) in ruderibus uno fere chil. distantibus a St. Denis du Sig sitis in fluvii Sig ripa sinistra, *propriété Bildi*, repperit Maupassant. — Nunc ibi ubi ea quae sequitur PVRO.

DEDIT · LIB
ANIMO

Descripsit Purgold. Demaeght *bull. des ant. afr.* II 1884 p. 102 n. 350.

21604 (= Eph. V n. 1051 alta m. 0,70 litteris cm. 6 DEMAEGHT. Rep. St. Denis du Sig *à 1 kilom. de la ville, sur l'emplacement du marché, deposé à la mairie.* Ibi extat in horto.

incolumem? . . . . CONSVMMAVIt . . . .
per coh. IIII syGAMBRORVM-CVram . . .
. . . . REGVLVS · PRAEses prov. m. caes

Contulit Purgold; ex ectypo photographico, quod exhibuit Demaeght, descripsi ipse. Demaeght et Poinssot *bull. des antiq. afr.* fasc. 1, 1882 p. 47.

L (XXXV). PORTVS MAGNVS (*Vieil Arzew* sive *St. Leu*) p. 835. 975.

n. 9753 (nunc Oran in museo, ubi contulit Purgold. Demaeght *cat.* p. 19 n. 60). 9754 (p. 975. Iam Oran in museo. Demaeght *cat.* p. 20 n. 61. — 4 in. unam tantum litteram videri periisse notavit Purgold, qui vidit. — 8 pro LX scr. EX). 9755. 9756. 9757 (iam Oran in museo, ubi contulit Purgold. Demaeght *bull. des ant. afr.* 1885 p. 126, *cat.* p. 21 n. 63. — 3 FILIO vocabulum plane erasum est. 9758 (v. 6 traditur ANTONINI, scribendum ANTONI). 9759. 9760 (iam Oran in museo. Demaeght *cat.* p. 24 n. 67). 9761 (iam Oran in museo, ubi contulerunt Purgold et Gsell. Demaeght *cat.* p. 25 n. 69. — 2 fin. N litteram periisse ait Purgold. — 5 fin. MIL · Gsell. — 6 haec tantum agnovit Gsell LEG////A///r·). 9762 (iam Oran in museo, ubi contulerunt Purgold et Gsell. Demaeght *cat.* p. 24 n. 68. — 5. 6 F·COL'LN· ::///ANT Gsell. — 8 vero F·II·C esse in lapide testatur Purgold). 9763 (iam Oran in museo, ubi contulit Purgold. Demaeght *cat.* p. 28 n. 73). 9764. 9765 (iam Oran in museo, ubi contulerunt Purgold et Gsell. Demaeght *cat.* p. 26 n. 70. — 3 //ILMIVS Gsell, /////MIVS Purg. — 7 praeter AVRI nihil agnoverunt Gsell et Purgold). 9766—9774. 9774*a*. 9775 (est Oran in museo, ubi vidit Purgold. Demaeght *cat.* p. 32 n. 82). 9776. 9777 (Oran in museo, ubi vidit Purgold. Demaeght *cat.* p. 30 n. 78). 9778. 9779 (Oran in museo viderunt Purgold et Gsell. Demaeght *cat.* p. 28 n. 74). 9780 (item. Demaeght l. c. p. 31 n. 80). 9781 (item. Demaeght l. c. p. 31 n. 81. — 5. 6 HOINORATVS Gsell; inter O et R non esse nisi vitium lapidis). 9782. 9783 (Oran in museo viderunt Purgold et Gsell. Demaeght *cat.* p. 29 n. 76). 9784 (item. Demaeght l. c. p. 29 n. 75). 9785. 9786 (Oran in museo viderunt Purgold et Gsell. Demaeght *cat.* p. 30 n. 77). 9787 (item. Demaeght l. c. p. 31 n. 79). 9788. 9789 (Oran in seminario descripsit Purgold).

21605 (= Eph. V n. 1053) alta m. 0,60, lata m. 0,70 Saint-Leu, *encastrée dans le mur d'une maison indigène.*

GENIO DOM
PRO · SALVTEM
GEMELLI · NOSTRI
M · VIVATIVS · GAL
S LVS · VOTVM · SOLVIT

Demaeght *bull. des antiq. afr.* 1 fasc. 6 1883 p. 388 n. 256.
1 *Genio dom(us)*, ut supra n. 18893.

21606 ara rep. Saint-Leu, est Oran in museo.

dea corona turrita (Mater magna?) (sacerdos femina?) sacrificans ad aram, circum quam volvitur serpens; iuxta caput avis. (paullo altius PR EA EL)

///// CRVM
///// IIA/V///

in latere:

Satyrus saltans

Descripsit Gsell. Aram delineavit de la Blanchère *musée d'Oran* p. 37; memorat Demaeght *cat.* p. 13 n. 35.

21606*a b* stelae similes earum quae sequuntur, rep. a. 1897 in ruderibus Portumagnensibus, iam Oran in museo.

21606*a*

luna crescens

LVCIVS ..AIATO
NIS DEI SATV///NO

aedicula, intra quam homo d. coronam, s. palmam tenens

VOTV

Ectypum photographicum misit Demaeght.
Lucius . . .*atonis* (fortasse *filius*) *dei* (sic) *Satu*[*r*]*no* (hoc vocabulum satis certum) *votu*(*m*).

21606*b*

luna crescens

//// V /////////
CVM DVNNNES //////
//////////

homo d. coronam s. palmam tenens

Ectypum photographicum misit Demaeght.
2 quarta littera aut D aut O fuisse videtur; reliquae plane incertae sunt.

21607—21612 stelae operis rudis, et lectu difficiles. Una prodierunt aliae stelae non inscriptae (Demaeght *cat.* p. 15 n. 46 cet.), item una prodiisse dicuntur complures litteris Punicis inscriptae quae servantur in museo Algeriensi (cf. de la Blanchère *musée d'Alger* p. 27. 62 tab. III). Olim St. Leu, iam Oran in museo.

21607

HoRTENSIVS F///
V S *homo libans ad aram* L M

De la Blanchère *musée d'Oran* p. 54 tab. I fig. 2; Demaeght *cat.* p. 15 n. 47. Vidit Gsell.

21608

luna crescens
IANVARIVS FL · IX
D *aedicula, intra quam homo, d. pateram, s. palmam tenens*

De la Blanchère *musée d'Oran* p. 54 cum tab. I fig. 1; Demaeght *cat.* p. 16 n. 54; viderunt Purgold et Gsell.

1 IΑΝVΑRIV FILIVS Purgold. Eandem ut videtur exhibet Demaeght *bull. des antiq. afric.* II 1884 p. 116 n. 357, sic: SABINIAAN FIL. — 2 D M de la Blanch.

21609

luna crescens
IV//IVS VIC////
LB *homo d. coronam s. palmam tenens* M

Descripsit Purgold. Demaeght *bull. des antiq. afric.* II 1884 p. 116 n. 358, *cat.* p. 16 n. 53; de la Blanchère *musée d'Oran* p. 56 tab. I fig. 10.

21610

VMBROCIVS
aedicula, intra quam homo

De la Blanchère *musée d'Oran* p. 54 tab. I fig. 3; Demaeght *cat.* p. 16 n. 51; viderunt Purgold et Gsell.

VMBROCV Purgold, VMBROCIVS Demaeght, quod Gsell confirmavit; VMBROTVLIS, sed de quinque postremis litteris dubitans, de la Blanch.

21611

//VL///
//ASI//I///
///LIB · AN/////S
aedicula, intra quam homo d. coronam s. palmam tenens

Descripsit Gsell. De la Blanchère *musée d'Oran* p. 56 tab. I fig. 11; Demaeght *cat.* p. 16 n. 55.

21612 *Arzew.*

femina stans
//VAHMAN///

Delamare ms. vol. VII p. 248 n. 294.

Similem fuisse crediderim earum quae praecedunt.

21613 basis alta m. 0,90. Rep. Saint-Leu, deinde Oran in museo.

p. septimio getae
CAES · L · SEPTIMI ·
SEVERI · PERTINA
CIS AVG PARTHI
CI · ADIABENICI ·
PACATORIS · ORBIS
ET · FVNDATORIS
IMPERI ROMAN
FIL RES PVB PORT
MAG ·

Recognovimus ad ectypum quod misit Demaeght. Ed. Demaeght *bull. d'Oran* 1893 p. 390, *cat. d'Oran* p. 22 n. 64.

2 in. CAES, 9 in. FIL vocabula, quamvis erasa, leguntur. — 9 ultima littera ab I vix differt.

Videtur titulus positus, ut etiam Demaeght observavit, a. 198, cum hoc anno Geta Caesar factus sit, postea autem Severum Parthicum Maximum appellari necesse fuerit.

21614 basis alta m. 1,02. Rep. Saint-Leu, deinde Oran in museo.

//////////
//////G
////////=T
//////////
IMP M AVRELI AN
TONINI PI FELICIS
RR BRITTANIE ///
///· SEVERI · AVG ·
DEI R FIL RESP ·
· PORTVMAG

Recognovimus ad ectypum quod misit Demaeght. Ed. Demaeght *bull. d'Oran* 1893 p. 389, *cat. d'Oran* p. 23 n. 65.

Vv. 1—4 erasi; pauca litterarum vestigia, quae ex ectypo excepimus, non nimis certa sunt. — 7 fin. 8 in. vocabulum erasum. — 9 FIL paene totum erasum (imae litterarum partes agnoscuntur).

Titulus videtur positus fuisse Getae Augusto; Britanici nomen (v. 7) indicat tempus anno 209 posterius. — 7 RR non intellegitur; expectaveris AVG. Etiam magis mirum, v. 9 Severum dici *deum nostrum*, sive mortuus tunc erat sive, quod magis crediderim, vivus.

21615 basis alta m. 1,07. Rep. Saint-Leu, est Oran in museo.

DIVO MGNO ANto
NINO ///////
//////////
//////////
//////////
//////////
//////////
L AQVILIVS L FIL
VSQ SECVNDus
OB HONOREM ///
quorum

Demaeght *bull. d'Oran* 1893 p. 119 n. 1185, *cat. d'Oran* p. 20 n. 62.

2 seq. apparet erasa esse *patri imp. Caes. M. Aureli* et cetera nomina tituloque Elagabali. — 8 fin. LE edidit Demaeght, correxi sic ut supra.

21616 fragmenta tabulae marmoreae litteris cm. 9 rep. St. Leu, iam Oran in museo.

CAESAR　　S PA
MA　　POTES

Contulit Gsell. Demaeght *bull. d'Oran* 1890 p. 224, *cat. d'Oran* p. 23 n. 66.

21617 (= Eph. V n. 1054) Saint-Leu rep. una cum n. 21619. Iam Oran in museo.

equus cum clupeo et hasta
D · M · S
LVRIVS ROGA
TVS · E · A · M CVI
NON · LICVIT · MILI
TARE · NISI · M · XIII
MISSVS · EST · IN
///M ANV · P · M ·
///ET · OCCIDITVR ·
//// VIII · IDVS · IAN
natus V · A · XXXIIII
LVRIA · VALERIA · F · FECIT
CV IVS · MORTE COLLI
